Peter, Hermann
De P. Ovidi Nasonis
Fastis disputatio critica

Jahresbericht

über die

Fürsten- und Landesschule Meissen

vom Juli 1876 bis Juli 1877,

womit zugleich

zur Feier des Stiftungstages

den 6. Juli

ergebenst einladet

Dr. Hermann Peter,
Rector und erster Professor.

Voran geht eine Abhandlung des Rectors Prof. Dr. Peter:

De P. Ouidi Nasonis fastis disputatio critica.

Meissen,
gedruckt bei C. E. Klinkicht & Sohn.
1877.

1877. Progr. Nr. 442.

DE P. OVIDI NASONIS FASTIS DISPVTATIO CRITICA

Cum in Ouidi carminibus amatoriis recensendis codices duos Parisinos ut longe optimos et certissimos duces aliis libris, qui quidem nobis cogniti sint, omnino spretis sequi possimus, in ceteris eius carminibus res multo difficilior est et inpeditior. quae certa ratione emendandi postquam Rudolfus Merkel uiam monstrauit, Alexander Riese eius sententias fere amplexus in ea, quae in aedibus B. Tauchnitzi a. 1871—1874 prodiit, editione codicum, quos ille omnium purissimos et integerrimos fontes esse perspexerat, scripturas, maximam partem Henrici Keili adcurata diligentia enotatas et a benignitate eius acceptas, cum uiris doctis communicauit, ut nunc tandem, quid uetusta codicum auctoritate, quid minus firma nitatur, quid coniecturis debeatur, discernere possimus. Atque in metamorphosibus quidem quod summum locum tribuit codici Marciano 225 saec. XI, alterum sed haud exiguo spatio separatum Laurentiano plut. 36, 12 eiusdem saeculi, in tristibus quod Marciano 223 saec. XII, in epistulis ex Ponto quod Hamburgensi saec. XII, et secundum has potissimum auctoritates uerba Ouidiana restituenda suscepit, uix quisquam, etsi in singulis quibusdam verbis discrepet, huic rationi non adsentietur. aliter uero res se habet in fastis, quorum codicem Reginensem 1709 uel Petauianum saec. X (R apud Riesium, A apud Merkelium et apud me) eodem loco, quo metamorphoseon Marcianum, tristium Laurentianum, epistularum Hamburgensem ponentem (uol. III praef. p. VIII) a re et ueritate eum aberrasse, hoc certum et persuasum mihi est. Sed ne ipsum quidem Riesium fugisse uidetur multa esse, quae cum hac lege pugnarent. primum enim cum l. s. rem in uniuersum tractans de solo Petauiano verba fecisset, paulo post iuxta hunc Vaticanum 3262 siue Vrsinianum saec. XI (U) interposuit atque etiam huius libri scripturas, ubicunque ex re uideretur, et se additurum esse pollicitus est et addidit, qui codices, A et U, quantum ceteris praestarent, cum iam in editione Reimeriana anni 1841 Merkel significasset, adcuratius de eorum scripturis certior factus in editione Teubneriana secundum eosdem verba fastorum recognouerat. tum uero quamquam Riese l. s. se eam rationem adhibuisse profitetur, ut cod. Petauianum sequeretur, 'ubicunque et ratio et res et sermo id permitterent, eaedem autem res ubi non permisissent, ibi rationem centum codicibus potiorem se habuisse emendationemque uel ex recentiorum codicum lectionibus non saepe bonis uel uirorum doctorum aliorum suisue inuentis quaesiuisse', tamen plurimi ex-

stant loci, quibus sensu quodam, non ratione ductus codicem Petauianum prae aliis contempsit. ueluti [1]) I 122, ubi A cum U^1DVL exhibet *libera perpetuas ambulat illa uias*, ex U^2 (Tr. B^2) aliisque codicibus deterioris notae etiam iniuria recepit *libera per tutas a. i. uias;* nam etsi Quintilianus inst. orat. I 5, 38 *ambulo uiam* per soloecismum dici arbitratur, tamen etiam audacius Cicero de fin. II 34, 112 scripsit *cum maria ambulauisset* (uid. Dräger, *histor. Syntax* I p. 333 et Heinsius ad Ou. l. s., ubi *currere uiam* uel *iter* et *festinare uias* similiter dici monetur). — I 127 (ceterisque locis, ubi eadem uox usurpata est) *Cereale* Riese cum U (D ς), *Ceriale* (et hic et ceteris locis) A, de qua forma, quae in ludis Cerialibus etiam usitatior fuit, cf. Fleckeisen, *50 Artikel* p. 12, Brambach *lat. Orthogr.* p. 136. 324. — I 243 *hic, ubi nunc Roma est, incaedua silua uirebat* Riese nec ratione nec re nec sermone coactus cum U, *tunc ardua* A plurimique codd. (uid. infra). — I 314 *subiuit* Riese cum solo D, *subibit* A ceterique codd. — I 329 *pars etiam* Riese cum M et ς, *fas etiam* A U D ς (cf. adnotat. meam a. h. l.). — I 524 *obruet* Riese cum plerisque codd., *obruit* A D, id quod etiam magis Carmentis uaticinantis et res futuras quasi praesentes uidentis est. — I 562 *ultor ad antra uenit* Riese cum U (TB ς). *uictor ad antra uenit* ADVL ς, quae scriptura etiam ea causa commendatur, quod Hercules, a quo Caci ferociam oppressam esse h. l. Ouidius narrat, ad aram maximam, quam uictoria illa parta ipse sibi constituerat, sub illo Victoris nomine colebatur (cf. Preller, *Röm. Mythol.* p. 650). — II 203 Riese restituit hexametrum *illa fama refert Fabios exisse trecentos* cum D et ς, qui uersus per se ille quidem non spernendus sed superuacaneus est nec ab A U^1 V L agnoscitur. — II 490 Riese cum paucis ς *caeli pondera nouit Atlas, mouit* A U D plurimique codd. — III 236 *et pereunt uictae sole tepente niues* Riese cum U, *lapsae s. t.* A D ς *(die zerfliessenden Schneemassen)*, quae uox saepe de aqua fluente dicitur. — III 293 *adhibeto uincula captis* Riese cum U Z M ς, *adhibe tu* A D ς. — III 341 *'summos' ait ille 'capillos'* Riese cum paucis ς. *sumes* A U D ς. — III 419 *quem maluit ille mereri* Riese cum 2 ς. *quos* ω. — III 762 *candida mella* Riese cum D U ς. *splendida mella* A ς. — IV 263 *arcessite* Riese cum ς, *accersite* A D ς, quam formam in met. VI 652 a codd. praebitam idem non spreuit. — IV 349 *mora fit, si cetera quaeram* Riese cum Z M ς, *mora fit. sic* (D ς — *sit si* A) *cetera quaero:* A D ς. — IV 454 *feriunt — maestae pectora nuda manu* Riese cum omnibus libris praeter A, qui *manus* exhibet.

Vides igitur ne ipsum quidem Riesium, cum singula fastorum uerba recognosceret, in ea quam antea statuerat sententia permansisse atque multis locis etiam sine idonea causa a codice A discessisse. quae inconstantia inde esse repetenda uidetur, quod, cum omnes Ouidi libros recensendos et edendos suscepisset idque, ut et bibliopolae et philologorum desideriis quam celerrime satisfaceret, breuissimo temporis spatio, ceteros praeter A libros manuscriptos, quorum largam materiam ex scidis Heinsianis ei suppeditabat editio Merkeli Reimeriana, perscrutandi, examinandi, diiudicandi operae pepercit. Quid? quod ne in eis quidem locis enumerandis, quibus quantopere A codici U ceterisque praestaret, probare uoluit (p. VIII), prospere ei res cessit. uiginti enim uersus adtulit ex tribus prioribus libris. his locis autem aut omnino nulla uarietas ullorum librorum mss. a Merkelio aut a Riesio enotata est nec Riesi scriptura cum Merkelio discrepat (I 28. III 613) aut quod A praebet, ne recepit quidem Riese (I 174 *inquid* A cum 3 ς. *inquit* Riese

---

[1]) Earum scripturarum, quae in editionem meam fastorum receptae sunt aut nunc recipiendae esse uidentur, litteras diducendas curaui; ubi a Riesio dissentio, asterisco eius scripturas notaui.

Sigla singulorum codicum, quae paene omnia sunt Merkeli, infra explicabo, nunc illud praemoneo siglo ς significari codices qui dicuntur interpolati, siglo ω praeter eos qui antea nominati sint, codices aut omnes aut longe maximam partem.

cum *ω*, I 688 *ulla seges* A ς, *usta seges* Riese cum paucis ς. III 164 *tempora quinta* A cum D plurimisque ς, idque recte, cf. *Anh.* p. 22 sq., Riese cum paucis ς secundum uolg. *tempora quarta*), aut cum A conspirant ceteri codices praeter U uel D paene omnes (II 420. 594. III 423. 726 — nisi quod A cum D paucisque ς falso *uocat* exhibet —, 837), aut conplures (I 71. II 487. III 180. 418) aut certe unus duoue (I 106. 208. 626). restant ex illis uiginti trium librorum nunc tres loci, quibus solus, quod sciamus, A scripturam Ouidianam retinuit: I 592 (*contigerunt* A, ceteri interpolati), III 684 (*partes haeç* A, *haec* Riese, *hae ω*) III 860 (*compulerunt* A, *compulerant ω*).

Itaque quamquam nec A interpolationibus prorsus carere eisque hic illic et A et U occupatos esse Riese concessit (praef. p. VIII), quod nihilo minus in eadem pagina in Merkeli libris B C D nihil, quod genuina bonitate suis A U praestaret, se deprehendisse dicit, de aliis autem libris, mentione admodum dignis, uelut Z et M, ne uerbum quidem addit, est sane quod miremur.

Illis enim locis, quos Riese ad cod. A praestantiam inlustrandam adhibuit, nunc paucos praelibans, ceteros postea ordine expositurus, hos oppono, quibus non solum A sed etiam cum eo U codice D aliisque multo superantur, ita ut etiam ille eorum contemptor illam auctoritatem amplecti cogatur: I 126 *it, redit officio Iuppiter ipse meo* (D C 9 ς, A cum ceteris *et redit*, de U nihil constat), I 169 *ob idem delibat* (D T U^2 ς, *ibidem* A U^1 ς), I 593 *alter Isauras — testificatur opes* (B T ς, *hisauras* D, *ysauras* V *hysauras* H, *isauros* C ς; *alteris aura* U, *alitis aura* A) II 63 *templorum sancte repostor* (D Z pauci ς, *repertor* A U ς), II 71 *adopertus nubibus auster* (D Z M pauci ς, *aether* A U ς), II 93 *nomen Arionium Siculas impleuerat urbes* (D, *undas* A U cum cett.), II 328 *secubuere toris* (D ς, *succubuere* A ς, *siccubuere* U), III 547 *compositusque cinis* (D B C ς, *ignis* A, de U non constat), III 643 *uelox humili super arua fenestra se iacit* (D cum paucis, *illi super ausa f.* A cum plerisque ς, *humili super ausa* U), III 739 *Pangaeaque florida* (D Z M^1 pauci ς, *flumina* A U ς). praeterea hos locos nunc respici uelim, quibus etiam in D uera scriptura corrupta est, integra seruata in codd. quibusdam, quorum ne mentionem quidem fecit Riese: II 276 *altaque Cyllene* (Z M^1 pauci ς, *troezene* A U D ς), II 499 *sed Proculus Longa ueniebat Iulius Alba* (Z M aliquot ς, *procul e longa* A U D ς). II 599 *Lara* (Z M ς, *lar* A D ς), II 634 *nutriat incinctos missa patella lares* (Z M^1, *cibos* A U D ς), IV 209 *pars clipeos rudibus — tundit* (quam scripturam a Lactantio diu. inst. I 21 confirmatam soli seruauerunt Z M^1, *manibus* A U D ς, uid. infra), IV 405 *massa latebat* (Z M^1 pauci ς, *placebat* A D ς), IV 726 *februa casta* (Z M^1 pauci ς, *tosta* A D ς).

Quae cum res ita essent, cum praesertim quam ipse de fastis recensendis sententiam in praefatione edit. meae p. VII sq. professus eram, Riese etiam postea in Bursiani annal. II p. 242 inpugnauisset [1]), quamquam in singulis scripturis recipiendis saepius res inter nos conuenit, quam

---

[1]) Illud moneo falso Riesium rettulisse a me rationem mere eclecticam in libris mss. usurpandis commendatam esse ('sodass P. noch der irrthümlichen Ansicht folgt, es sei ein rein eklektisches Verfahren in der Benutzung der Manuscripte erforderlich'). haec enim uerba mea fuerunt (p. VII): 'Sonach ist es unmöglich, die Handschriften in bestimmte Gruppen zu theilen und dann eine für die beste zu erklären, von welcher ohne zwingende Gründe nicht abzugehen wäre. Vielmehr wird die kritische Recension der Fasten sich nie von einem gewissen Subjectivismus frei halten können und muss vielfach das Gute nehmen, wo es sich eben findet; auch sonst unbrauchbare Handschriften bergen zuweilen einzelne Goldkörner, und die im Ganzen besten Handschriften A D u. U tragen an verschiedenen Stellen den deutlichen Stempel willkürlicher Interpolation.' Itaque multum abest, ut libidinis Heinsii, qui ex magna uarietatum farragine, quod elegantius esse uideretur, idem esse Ouidianum censuerit, patronus existam.

ex illa discrepantia expectes, atque etiam A. Zingerle, uir in Ouidio haud mediocriter uersatus, Riesi opinionem probauisset (*Zeitschr. f. östr. Gymnas.* 1875 p. 285), non ineptum esse mihi uisum est, quae inter fastorum codices ratio intercederet, illo edit. meae loco significata magis quam exposita, quibusque praesidiis eorum verba constituenda essent, etiam aliis praeter A libris mss. conparatis nunc adcuratius enarrare et, si fieri posset, rem ad liquidum perducere.

Sunt autem libri mss., de quibus pluribus nunc disputare in animo est, hice:

A 1. codex Reginensis 1709 siue Petauianus saec. X, quem ita Merkel, qui sua debet H. Keilio, in edit. Teubner. III praef. p. VII descripsit: 'Formae quadratae, membranis binis colligatis, uersibus in pagina uicenis septenis, scriptura, quam Carolingorum dicimus, ineleganti ac neglegenti, uocabulis saepissime perperam diremptis, praepositionibus ubique substantiuis adhaerentibus, plerumque litteris adsimilatis. post caesuram pentametri plerumque amplum interstitium relictum esse dicitur: quaedam ab eadem manu correcta, multa ab altera, quae satis uetusta uideatur. desinit codex in libri quinti uersum 24.' Quas scripturas I. F. Gronouius, Nic. Heinsius, Is. Vossius ex eo adtulerant, in editione sua Reimeriana Merkel summa cum religione conlegit (cf. praef. p. CCLXXI sq.), tum idem ad edit. Teubnerianam curandam ab Henrico Keilio adcuratam eius conlationem accepit et adhibuit, sed deproperatam eam esse editionem et expressam aliud agenti ipse in praef. p. VI profitetur. nunc eadem conlatione Alex. Riese usus, ubi cum contextu suo, qui uocatur, discreparet, in adparatu critico praef. p. IX sqq. adcuratissime se excussisse dicit (p. VIII) 'omissis tantum orthographicis medii aeui quisquiliis', ut certa eius codicis imago apud eum repraesentata exstet et id modo dolendum sit, quod inter manus diuersas, quibus prima correcta est, distinguere noluit.

U 2. codex Vaticanus 3262 siue Vrsinianus saec. XI. descriptio Merkeli ed. Teubn. III p. VII haec est: 'est inscriptum *Fasti di Ovidio in l'ra langobarda. Ful. Urs.*, formae oblongae, uersibus in paginis duodequadragenis, scriptura uenusta admodum et aequabili, in extremis paginis fere euanida, uocabulis accurate discriminatis, pentametris reductis ubique praeterquam foliis prioribus, supra lineis glossemata addita cum littera *s.*, ordo et constructio vocabulorum indicata litteris alphabeti: particulis et pronominibus interrogatiuis signa superne adscripta. manus secunda inest saec. XV.' hoc libro posteaquam Heinsius qui 'omnium ueterrimum atque optimum' eum esse dicit (ad fast. I 5), usus est, Merkel, quaecunque ex Heinsi siue adnotatione publici iuris facta siue ex scidis eius in bibliotheca regia Berolinensi adseruatis de eo sciri poterant, in editionem Reimerianam transtulit (cf. p. CCLXXXIIII); etiam adcuratiorem eius cognitionem, cum iterum apud Teubnerum fastos ederet, debuit Henrici Keilii amicitiae et liberalitati, sed ne omnia exhauriret, uerecundia quadam amici prohibitus est (p. VI sq.). tum eadem conlatio praesto fuit Alex. Riesio. is autem eius scripturas non adscripsit, nisi 'ubicunque e re esse uideretur' (p. VIII) et ne in ea quidem parte, ubi cod. A auxilio omnino destituti sumus (V 24 usque ad fin.), cum ea tantum enotaret, quae 'ad lectionem constituendam cuiuscunque momenti essent', satis largam materiam suppeditauit, quam etiam nunc aegre desideramus [1]. recentioris manus auctoritatem, quam saeculi XV esse Merkel testatur, longe primae posthabendam esse eodemque loco, quo deteriores codices, ponendam ex ipsis eius scripturis discimus, quam ob rem raro eius rationem habuimus.

[1]) Vetuit igitur Riese de scriptura codicis U ex silentio suo coniecturam fieri, quam ob rem eis tantum locis earum rationem duximus, ubi diserta earum mentio aut ab Heinsio Merkelioue aut a Riesio facta exstaret.

3. codex Mallerstorfiensis, nunc Monacensis 8122 (in catal. codd. lat. Monac. **D**
tom. II part. I p. 3), membranaceus, saec. XIII (ut placet Halmio, equidem saeculo eum esse antiquiorem existumaueram), formae octauae, nunc foliorum septuaginta et unius auolso primo folio, ut desint libri I u. 1—70, in singulis paginis primo tricenorum quinorum, tum tricenorum quaternorum uersuum, satis eleganter conscriptus, raro a recentioribus manibus mutatus, scholiis quibusdam in margine adspersis. Hoc libro primus, quod sciam, usus est Merkelius eiusque scripturas in priore sua editione (cf. p. CCLXXVI sq.) publici iuris fecit, tum uero me quidem iudice iniuria in editione Teubneriana spreuit. nunc ipse eum intercedente ministerio nostro regio a bibliotheca Monacensi summa liberalitate huc transmissum denuo excussi.

4. Codex Treuerensis bibliothecae cathedralis ecclesiae Treuerensis n. 118, mem- **T**
branaceus, adcurate conlatus a V. Loersio, qui conlationem suam in eo libro, qui inscribitur 'De tribus P. Ouidi Nasonis fastorum codicibus manu scriptis commentatio' (Treuiris MDCCCLVII) edidit et saec. XI uel XII eum exaratum esse dicit. cum autem duos alios libros Treuerenses exigui pretii esse eum non fugerit, hunc etiam Petauiano emendatiorem et praestantiorem esse Loers summa cum fiducia pronuntiat (p. 40) ob eamque causam maiorem ei fidem in constituendo fastorum textu esse habendam. de qua sententia quid iudicandum sit, infra uidebimus.

5. Codex Vossianus lat. oct. 87, membran. saec. XIII. quaedam de eo ex scidis **B**
Heinsianis exprompsit Merkel (cf. p. CCLXXII), qui frustra ipsum codicem quaesiuit, tum ipse eum cum codicibus C V L liberalissime a praefecto bibliothecae Lugduno — Batauae ad me transmissum contuli.

6. Conlatio codicis cuiusdam ignoti a Vossio in editione Amstelodamensi a. 1630 **C**
adscripta, cuius notitiam Merkel Heinsi scidis debet. a me ipsa illa Vossi adnotata exscripta sunt.

7. Codex bibliothecae publicae Leidensis 137 D, membran. saec. XIII. desunt I **L**
465—531. II 544. III 440. descriptus ex codice, in quo multa legi non poterant, unde factum est, ut uerba quaedam uel particulae uerborum, quorum spatia uacua relicta erant, postea ab alia manu adderentur. ipse contuli.

8. Codex Vossianus alter lat. 123 ('ex bibl. Melchis. Thevenot'), bibl. Leid. 73, **V**
membran., saec. XIII, item descriptus ex codice pessime habito. ipse contuli.

9. Codex Hamburgensis membran. saec. XI exeuntis uel XII ineuntis, qui quo **H**
nunc delatus sit, ignoratur. a. 1665 Hamburgi in bibliotheca cathedrali eum Heinsius contulit (cf. Merkel prol. p. CCLXXXIV), eundem a. 1732 denuo Paul. Dan. Longolius, cuius conlatio satis adcurata cum diu delituisset, a P. Binsfeldio in bibliotheca regia Bonnensi inuenta et typis mandata est in programm. gymn. reg. Frid. Guel. Colon. 1855 ('quaest. Ouid. crit. part. II').

Denique ex magno aliorum codicum grege, quorum conlationes ex Heinsi thesauro in editionem suam Reimerianam Merkel transtulit, duo inprimis digni mihi uisi sunt, qui praeter ceteros respicerentur:

10. Codex Zulichemianus, cuius conlationem Heinsius in exemplari quodam domi **Z**
Hugeni a Zuylichem inuenit et descripsit. qui codex ubi nunc sit, nescimus, illud ab eo, qui contulisset idque satis adcurate, adnotatum esse Heinsius memoriae prodidit (syllog. epist. III p. 373) codicem ueterrimum fuisse sed saepe priorem scripturam fuisse abrasam, ita tamen ut multae lectiones optimae superessent (cf. Merkel p. CCLXXV).

11. Codex Mazarinianus 'chartaceus (ut ait Heinsius), ex optimo codice descriptus **M**
sed ab imperita manu interpolatus, adeo quidem, ut probae ueteresque lectiones plurimis in locis erasae sint, ut ne uestigia quidem eorum appareant. erant etiam hiatus relicti alicubi.' Scripturas

eius plurimas Heinsius in scidis enotauerat, unde depromptae in Merkeli edit. Reimer. exstant. cf. Merkel. p. CCXXXI.

Atque hi quidem libri praeter ceteros ad uerba fastorum uia ac ratione constituenda esse adhibendi uidentur. nam quamquam etiam in aliis hic illic in audacissima interpolatione sincerae aliquot scripturae, illa non obrutae, inueniuntur, tamen eorum non est talis condicio, ut ob eam ipsam causam illae scripturae, quod ab his libris praebentur, fidem aliquam mereantur.

Nunc autem ut ad rem propositam accedam, non ita in ea tractanda uersabor, ut codicis A praestantiam, quantum fieri possit, dedita opera contra Riesium diminuam, ceterorum augeam, immo quam maxima cum aequitate et huius et aliorum librorum, quorum ratio mihi esse habenda uidetur, bona et menda explicabo atque conpensabo, ut qua ratione uerba fastorum in libris mss. tradita exstent, uno conspectu uidere tuoque ipse iudicio dignoscere possis.

Illis igitur locis, quos Riese ad confirmandam cod. A auctoritatem adtulit, hosce addo, quibus U D aliique codd. corruptam uel interpolatam, A, etsi rarissime solus, genuinam uel lenissime mutatam scripturam praebet: I 5 *leuem non auersatus honorem* A (*aduersatus* B C V L T^2 ς, *non dedignatus* T^1 ς, *non aspernatus* 1 ς). 25 *si licet et fas est* A (B V ς, *scilicet et fas est* U M ς, *si licet, ut fas est* C T ς), 60 *sub auerso — Marte* A (pauci ς, *sub aduerso* ω), 76 *spica Cilissa* A (V^2 pauci ς, *cilisca* ς, *falisca* D B C M ς), 315 *Institerint nonae, nisi sit ibi nubibus atris signa dabunt imbres* A, ex quo facili mutatione uera scriptura elicitur *missi tibi nubibus* (at uero audacius grassante interpolatione U — teste Heinsio —: *i. n., nisi sit tibi nubilus per, signa d. i.*, D T M ς: *institerint imbres, missi de nubibus atris nonae signa dabunt*, B L: *institerint himbres (inbres* L) *nisi si tibi n. a. nonae signa dabunt*, C: *institerint imbres, nisi si tibi n. a., signa dabunt nonis*, alii aliter), 333 *utque ea non certa est* A (ς, *nunc* U D pauci ς). 359 *noxae tibi deditus* A (B^1, *mox est* D V ς, *mox et* U T H L ς), 387 *quae semel* A (ς, *quod sem.* U D B C ς), 444 *dulces editis ore modos* A (M ς, *sonos* D ς). 604 *sed qui te uicit, nomine maior erat* A (T B V L, *te quoque* ex interpolatione U D C Z M ς), 641 *antiquam* A (B ς, *antiqui* U D ς); II 398 *quem uobis* A (4 ς, *quem e uobis* uel *ex uobis* ω), 418 *fingit lingua corpora bina sua* A^2 (pauci ς, *finit* A^1, cf. Verg. Aen. VIII 630 *fecerat — lupam — corpora fingere lingua*, quem locum Ouidius imitatus est, *lingit* U T B C L ς, *tingit* H, *lambit* D ς). 487 *in caerula caeli* A (Z M pauci ς, quae scriptura una uera est, quoniam ita scripserat Ennius [annal. u. 66 p. 12 Vahl.], ex quo totum uersum certo quodam consilio deprompsit Ouidius [cf. adnot. meam a. h. l.] non *in sidera caeli*, quae scriptura ceterorum codd. ex glossemate explicandi causa addito in uerba Ouidiana inrepsit), 495 *hinc tonat, hinc missis* A (B C ς, *intonat emissis* U, *hinc tonat et missis* D), 500 *lunaque fulgebat* A (B C M ς, *surgebat* D ς). 714 *princeps* A (B C M ς, *primus* D ς), 796 *Tarquiniusque loquor* A (ς, *uocor* D ς), 824 *ideo* A (ς, *adeo* U ς, *ad eos* D C Z M ς); III 36 *corque timore micat* A (V ς, *pauet* U B C M ς, *salit* D ς, *tremit* 2 ς), 65 *ut genus audierunt* A (B, *audierant* ω), 107 *petatur* A (B ς, *uocatur* U C M ς, *notatur* D ex inseq. u. huc inlatum), 180 *spes tamen huius erat* A (B V ς. *sp. t. urbis erat* U D M ς, ex explicatione ortum), 399 *nox — ubi mouerit ignes* A (*ortus* U D ς. ex eodem errore), 794 *miluus. haec* A (M ς, *miluius. haec* U D ς); IV 7 *saucius an sanus numquid tua signa reliqui?* A (ς, *aut sanus numquam* D ς). 433 *animos prolectat* A (3 ς, *delectat* uel *oblectat* ω). 729 *naualibus exi puppis!* A (exit ω), 805 *saluisse* A (ς, Priscian. p. 541 H., *saliisse* D ς), 880 *Etruscas Turnus adoptat opes* A (Z, *adorat* ω), 933 *mantele* A (B 5 ς, *mantile* ω). 950 *sic iusti constituere patres* A (ς, *senes* D ς).

Multo autem plures sunt loci, quibus A cum codice U aut cum D in genuina scriptura conspirat, cuius rei infra, ubi codicis U solius aut D solius menda enumerantur, exempla satis

multa habes. nunc pergo ad menda cod. A praecipua recensenda, ex quibus facile adparebit, si in eo solo praesidio uerba fastorum constituenda essent, quam infeliciter et inique Ouidi ingenio et famae consultum esset. is enim qui cod. A exarauit, et ea quae depingebat magnam partem non intellegebat et munere suo admodum neglegenter functus est, ut plurimos calami errores ipse committeret aut ex archetypo suo transsumeret. itaque ut quarundam formarum antiquitatem seruauit, quae in ceteris libris euanuit (cf. Merkel ed. Teubn. III p. VIII), ita saepe uerba falso distinxit, multas syllabas aut uerba omisit, plurima monstra uerborum exarauit, metrum omnino non curauit, quam ob rem aliquotiens ex codice archetypo, qui sane pessime habitus nec prae nube uarietatis scripturae et glossematum facilis ad legendum fuisse uidetur, non solum ipsius uersus scripturam sed etiam eam uarietatem, quae superscripta esset, retento signo *uel* transferebat. uelut I 547 hic uersus in A scriptus est: *mane erat. excussus somno Tirynthius auctor uel heros*, II 632 *illa praecipue mitis adesse iubet uel die.* quod autem I 461 prima manus sic scripsit:

Proxima prospiciet Tithono ut nuta relicto,

hoc ita expediendum est, ut ueram scripturam *Tithono Aurora relicto*, quam praebent D T B V L H ς, in antiquiore aliquo libro expulsam esse censeamus fragmento huius fere notae explicandi causa adspersae *ei nupta erat;* quo facto, cum u. *nupta* etiam uariae scripturae ius adripuisset, in archetypo libri A superscripta postea in A cum signo discrepantiae corrupta in *ut nuta* in ipsum uersum recepta est (uid. infr.). Tum autem utilissimam operam in hanc leuitatem et ignorantiam emendandam altera manus, ut Merkelio uel Keilio placet, satis uetusta nauauit aut ipso cod. archetypo aut alio simillimo conparato, ut tum demum uersus satis commode legi possent. quamquam errores plurimi, qui utrum ei, qui cod. A, an ei, qui eius archetypum exarauit, debeantur, non omnibus locis dignoscitur, etiam relicti sunt, quorum exempla nunc ita conponam, ut eos, qui cum D et U communes sint, omittam. primum igitur uersus quidam, qui plurimi, cum codex primum exararetur, interciderant, etiam ab altera manu additi non sunt: IV 136 sq.

demite diuitias, tota lauanda dea est.
aurea siccato redimicula reddite collo.

quos versus, in U a sec. m. additos, cum in D B Z M et in aliis quibusdam libris ab initio scripti sint, in maiore parte codd. desint, eam ob causam falso intercidisse perspicuum est, quod etiam is qui antecedit uersus in uerba *soluite collo* exit eiusque qui scriberet oculi aberrarunt a u. 135 ad eundem exitum u. 137. contra in solo cod. A omnium, de quorum scriptura constet, deest u. IV 892.

induit Aeneas adloquiturque Iouem,

qui, quoniam antecedunt haec uerba:

adnuerant Rutuli, Mezentius induit arma,

etsi simili errore oculos in scribendo ductos esse non eadem cum fiducia adfirmari potest, tamen et ipse omni interpolationis suspicione caret et metri sententiaeque ratione efflagitatur. denique a tertia demum manu in margine adscripti sunt III 397—400, omissi, quia u. 396 initium est *condita*, finis *erat*, u. 400 initium *conditus* idemque finis. — Multo saepius autem singulis uerbis omissis metrum turbatur, ut I 211 *et*, 332 *est*, 683 *graues;* II 191 *rogat;* III 30 *sacros*, 719 *est;* IV 25 *primam*, 159 *Veneri*, 358 *nostra*, 527 *duc;* V 3 *et;* uersus uero hi alienis locis positi sunt: III 564—589 ante u. 516 (id quod foliis mutatis accidisse facile quis ex numero uersuum, qui transpositi sunt, adparere dixerit, praesertim cum in A post u. 563 in infima pagina quattuor lineae uacuae relictae sint), IV 267 sq. post u. 286, I 324 post u. 325, 326 post 323, ut hic ordo sit 323. 326. 325. 324.

Denique uariorum generum corruptionis, quae singula quaedam uerba infecit (omitto autem leuiores errores, qui plurimi sunt), exempla haec sunto: I 26 *aspicito et felix totus ut annus eat* A, quae scriptura ex duabus *auspice te* (B pauci ς. Riese conferri iubet IV 830) *et auspicio* (T H C L plurimi ς, *aspicito fel.* V pauci ς) esse contaminata uidetur, 160 *anno* A (pauci ς, *anni* ω), 245 *ara mea est colli* A (T H multi ς, *arx mea collis erat* U D, *ara mea colli erat* B ex contaminatione utriusque scripturae), 308 *imaque* A (*summaque* ω). 314 *praecipue* A (pauci ς, *praeceps* ω). 331 *et pirus antiquus* [A² — *quis* A¹] *dicebat 'agonia' sermo* A (*prius* B V L multi ς, *pecus* U D perpauci ς). 361 *culpa sua nocuit* A (*sui* ω), 452 *utitur — columba focis* A (*uritur* ω), 455 *deae positis* A¹ (V¹ 5 ς, *positus* A² 2 ς. *deae Nocti* U, *Noctis* D T B L H ς). 506 *tecta* A (C 1 ς, *texta* ω). 553 *dura uiro facies* A (ς. *dira* U D ς), 568 *iactaque* (= B¹ C M pauci ς) *subsedit pondere mollis* (= C M multi ς) *humus* A (*ictaque s. p. molis humus* U D ς), 646 *Germania crines corrigit* A (T H ς. *porrigit* U D Z M ς), 720 **perfusa* A (*percussa uictima fronte cadat* U D B C Z M ς). — II 24 *turbida farra* A (T B H V L¹ ς, *torrida* U D C M ς), 306 *uidit ab excelso — *loco* A (L V plurimi ς. *iugo* U D B ς). 335 *intrat adhuc illuc — errat* A (1 ς, *et huc illuc* ω), 341 *attonitusque manu* A (*metu* ω, *manu* ex uersu proximo in hunc inrepsit), 361 *de more caesa capella* A (*caesa de more capella* ω), 425 *nuptaque despectas* A (*nupta, quid expectas?* ω), 567 *quam quod de mense* A (2 ς, *quam quot* plurimi ς, *quam tot* U D B C M ς), 575 **tenet* A (cum plerisque ς, *ligat* U D B C M ς), 597 *omnes Tyberinides omnes* A (*nymphae Tib. omnes* D B, *omnes Tib. udae* 1 ς, *undae* T H V ς), 636 *sumite uerba* A (*uina* ω), 644 *binaque dona ferunt* A (ς, *liba* U D B C Z M ς), 723 *contempnere pugnam* A (*committere* ω). 765 *quam corrumpere non est* A (B ς. *quod* U D ς), 772 *Inlectae* A (*iniectae* ς, *neglectae* U D B Z M ς, 780 *comparat — uimque metumque* A (ς. *dolumque* U D B M ς), 782 *uiderit: audentes forsque mensque iuuat* A (corruptum ex *forsque Venusque,* quae est scriptura multorum ς, huc inlata ex a. a. I 608 *audentem forsque Venusque iuuat; forsque metusque* B ς, *sorsque metusque* V ς, *forsue metusue* C, *uiderit! audentes forsque deusque iuuat* D ς; *forsne deusne* U M¹ ς, minus recte, quoniam usus exclamationis illius *uiderit* apud Ouidium frequentissimi, qua quis sibi ipse consulere iubetur, interpolator aliquis nescius ea quae secuntur in interrogationem mutauisse et cum u. *uiderit* coniunxisse uidetur. cf. Ouid. met. IX 519 *uiderit: insanos, inquit, fateamur amores.* X 624. her. 12, 211. a. a. II 371 *uiderit Alcides: Helenen ego crimine soluo.* remed. 249. trist. V 2, 43. ex Pont. I 2, 11. Ruhnken ad Terent. adelph. III 3, 83 *quando ita uolt frater, de istoc ipse uiderit.* Cicer. Tuscul. II 18, 42 *sitne igitur malum, dolere necne, uiderint Stoici.* de orat. I 58, 246. II 58, 235). — III 44 *iam sua signa deo* A (1 ς, *iam duo signa d.* ω), 150 *in numero* A (ς, *a numero* D T B V L ς), 167 *sci licet* A (M ς, *si licet* D T B V L ς), 230 *non leue nomen habent* A (1 ς, *numen* V ς, *munus* D T B L ς), 265 *Hippolytus, loris direptus equorum* A (T ς, *furiis* U D B C Z M ς; *loris* ex interpolatione huc inlatum conparatis uerbis VI 743 *lorisque morantibus artus Hippolytus lacero corpore raptus erat* uel metam. XV 524 *lorisque tenentibus artus uiscera uiua trahi),* 274 *exiguis auctibus* A (*haustibus* ω), 402 *nomen utrumque tenet* A (3 ς, *uterque* ω), 415 *Sextus ubi e terra — scandit Olympum Phoebus* A (V ς. quae corruptela, quod recte Riese uidit, ex correctura uersus insequentis orta est, ubi super *aequora* scripta erat uera scriptura *aethera,* quae uox in *e terra* deprauata etiam exstat in V; *ubi Oceano* U D B C Z M 5 ς), 416 *et alatis aequora carpit equis* A (B C, *aethera* U D L ς). 452 *comis* A (T H B C ς. *iubis* U D Z M pauci ς), 493 *ut puto* A (ς, *at, puto* U D V ς). 567 *fertilis est milites* A (*Melite* ω). 636 *multa tamen* A (B C ς, *m. palam* U D ς), 711 *Aurora referunt herbas* A (*refecerit* ω). 738 *non habet ingratos fabula sera iocos* A (*nostra* ω, quam uocem expulit pars scholii *fabula sera est),* 813

altera tresque super **rasa celebrantur arena* A (H V L ς, *fusa* T ς, *sparsa* ς, *strata* U D B C M ς, quam scripturam similes loci tuentur: am. II 14, 8 *sternetur pugnae tristis harena tuae.* tr. II 282 *Martia cum durum sternit harena solum;* accedit quod etiam seqq. uersus in cod. A neglegenter exarati sunt: 814 *expertis* pro *exsertis,* 815 *ornatae* pro *orate,* 816 *pallida* pro *Pallade),* 844 *et hoc signo littera prima docet* A (V L, *et hoc ipsum littera prisca docet* U D B M pauci ς, ceteri partim *signo* [T ς], partim *prima* [C H ς]), 846 *exilio* A (T B^2 C H V L^2 ς, *ex illo* U D B^1 L^1 ς), 852 *pyrreae — ouis* A (*Phrixeae* uel *frix.* ω), 873 *frater ut amissa gemini cum sorte* (= B 4 ς) *pericli* A (*flebat ut am. g. consorte p.* ω, *frater* ex proximo uersu, qui ab eadem uoce initium habet, huc intrusum). — IV 14 *montem* A^1 *mentem* A^2 (*mensem* ω), 27 *receptam* A (T L^1 plerique ς, *repertam* U D B C M^1 ς), 47 *cumque patris regnūm post hanc Tiberinus ab illo* A (aucta interpolatione, quae adscripto simili loco metam. XIV 614 *regnum Tiberinus ab illis cepit* orta erat, T V ς: *accipiens regnum post hunc Tib. ab illo,* U D B ς: *cumque — Tib. haberet),* 54 *de clauso cum Numitore sati* A (*cum Lauso de Num.* ω), 113 *mille per hanc* (Venerem) *artes* **notae* A (cum omnibus codd. praeter U D Z M 2 ς, qui *motae* exhibent, quae scriptura his locis similibus Ouidianis satis defenditur: a. a. I 341 *omnia feminea sunt ista libidine mota,* I 29 *usus* [amoris] *opus mouet hoc* [artis amatoriae]), 114 *fuerunt* A (*ferunt* ω), 143 *texit sua tempora mirto* A (L ς, *corpora* D B V ς), 149 *ut celet hoc tegatque uiros* A (*ut tegat hoc celetque uiros* ω), 156 *et bona forma* A (1 ς, *fama* ω), 200 *immensam uisceribusque tenet* A (pauci ς, *immersam* ω), 288 *sonant* A (*solent* ω), 342 *aurea terga* A (4 ς, *taurea terga* ω), 353 *quedam* A (C L V ς, *quaero* D T B ς), 431 *quam semel aspexit* A (*simul* ω), 432 *et mecum dixit* A (*et m. uestros* T V L plurimi ς, *plenos* U D B ς), 481 *longa cuncta* A (*loca* ω), 649 *silua uetus nullaque die uiolata securi* A (V plurimi ς, *nullaque diu* D B T ς, quacum scriptura, etsi Riese magis ad cod. A auctoritatem inclinat, facit II 435 *multis incaeduus annis — lucus erat),* 921 *capreasque manus a messibus aufer* A (*scabrasque* ω). — V 14 *in loca summa tenet* A (*tulit* ω).

Vides igitur, idque etiam Riese concessit (p. VIII), ne hunc quidem librum interpolatione omnino uacare, remque ita conparatam esse, ut quaedam partes praeter ceteras ex ea laborent, infra ostendemus; uerum tamen, cum archetypus multis scripturarum uarietatibus, locis similibus, scholiis oppletus esset, casu potius hic illic in Ouidi uerba interpolationem inrepsisse censeo, abesse rationem et consilium retractandi.

Audacioris interpolationis uestigia habemus in *Vrsiniano*, sed idem codex tam saepe genuinas scripturas, cum in A deprauatae aut obscuratae essent, recte seruauit, ut, etsi ipsa integritate inferior sit, totidem fere locis opera cod. U quot cod. A fasti emendati esse uideantur. nimirum is qui codicem U scripsit, exemplar suum non modo calamo imitari sed etiam, cum iudici acritate Latinique sermonis scientia uteretur, ea quae delinearet mente persequi et percipere studuit. itaque quamquam hic liber omnia uitia huius generis codicum prae se fert, cum scriptor saepe legendi commoditati suique ingeni famae quam fidei inseruire maluerit locosque aperte corruptos scribere ueritus sit, tamen et modum sobrietatis cuiusdam religionisque tenuit et eo archetypo usus est, qui non tam misere habitus multoque facilior lectu fuisse uidetur quam codicis A, ut quod in illo genere peccatum sit, hac praestantia conpensetur.

In enumerandis autem eis locis, quos ad ea quae modo posui conprobanda conlegi, alterius manus rationem habere nolui, quoniam saeculi XV est, tum in adferendis uersibus corruptis multos a me omissos esse consentaneum est, quia Riese eis tantum locis, ubi ex re uideretur, codicis A discrepantias addidit atque etiam Heinsius saepius, ubi bonae essent quam ubi corruptae, eius scripturas enotauit.

Eorum autem locorum, quibus codex U auctoritatem codd. A et D superat, hi potissimum digni sunt, qui nunc commemorentur: I 83 *colla rudes operum praebent ferienda iuuenci* U (T L V [2] ς, *securi* A D ς, quae uox facile desideratur, cum *iuuenci* uix deesse possit), 113 *confusae quondam nota parua figura* U (pauci ς, *quoniam* A B C ς, *quom* D), 224 *maiestas conuenit ista deo* U (B C pauci ς, *ipsa* A D ς), 243 *hic, ubi nunc Roma est, incaedua silua uirebat* U (pauci ς, *tunc ardua* A D ς), 264 *arduus in ualles et fora cliuus erat* U (pauci ς, *per for.* A D H V L ς, quam scripturam falsam esse Becker ant. Rom. I p. 349 demonstrauit, *ad fora* B C), 299 *illas* U (pauci ς, *illos* ω), 381 *poscit ouem fatum* U (pauci ς, *petscit ouis prato* A — *uis prato* a man. sec. —, *pascit ouis pratum* interpolati D B C ς, *pauit ouis pratum* T H V L etiam magis interpolati propter ea quae secuntur *uerbenas improba carpsit*), 400 *quique ruber pauidas — terret aues* U (pauci ς, *quique ruber auidas* A[1], *quique rubro auidas* A[2], *qui rubroque auidas* D T V L ς ex interpolatione), 495 *nec fera tempestas toto tamen horret in anno* U (M 5 ς, *errat* ω), 585 *ut dis gratissima* U (ς, *undis* A D ς); II 244 *medius crater inter utrumque iacet* U (B ς, *latet* A D ς), 277 *Pan illic numen equarum* U (Z M [1] pauci ς, *aquarum* A D ς), 404 *desierat* U (ς, *subierat* A, *siluerat* D), 411 sq. *quaeque uocatur Rumina nunc ficus, Romula ficus erat* U (Z M 2 ς, *Rumina* [*romule* A[2]] *nunc ficus rumina* [*romula* A[2]] A[1], *Romula nunc f.*, *Romula f.* D T H B V ς), 568 *habent carmina nostra pedes* U (T pauci ς, *dies* A D B C V ς, quae u. ex exitu uers. 570 huc inlata genuinam scripturam expulit, uid. *Anh.* p. 16 sqq.), 755 *desinit in lacrimas* (= B C M [1] ς) *intentaque* (= M [1] 2 ς) *fila remittit* (= B M [1] ς) U (*in lacrimis* A D ς, *inceptoque* A[1], — *taque* A[2] D ς, **remisit* A D ς); omnino codex U in fabula Lucretiae et ceteris libris et codice A in hac parte admodum neglegenter scripto (uelut 723 *contempuere* habet pro *committere*, 740 *more* pro *mero*, 751 *sin* pro *sint*, 752 *qualibet* pro *quolibet*, 765 *quam* pro *quod*, 767 *cautus* pro *cantus*, 772 *inlectae* pro *neglectae*, 774 *hic facies* pro *haec facies*, 775 *fluctu* pro *flatu*, 777 *sed* pro *sic*, 780 *metumque* pro *dolumque*, 782 *mensque* pro *deusque* etc., in qua serie eos locos qui iam ab altera manu correcti sunt, etiam omisimus) multo praestat, ut a ratione aberrare mihi non uidear, quod ex U non solum illud *remittit* retinui sed etiam alias eiusdem scripturas in eadem fabula contra codicem A Riesiumque eius patronum, uelut u. 756 *in gremio uultum deposuitque suum* (sic U B M [1], *suo* A D ς), 757 *hoc ipsum decuit, lacrimae decuere pudicae* (U M ς, *pudicam* A D ς), 761 *iuuenis furiatos regius ignis concipit* (*furiatos* Heinsius ex *furiatus* U M [1] pauci ς, *furiales* A D ς). 793 *auratum* (= B C M ς) *uagina liberat ensem* (U, *aurata* A D ς); sed ut ad eos locos redeam, quibus U genuinam scripturam exhibere fere consentiunt editores: 818 *quone sit icta malo* habet U (B pauci ς. *quoque sit acta modo* A [*modo* in rasura], *quoque sit icta modo* D V ς). — III 10 *ut — digna dares* U (pauci ς. *et — magna* A D ς), 61 *armentorumque magistris* U (B M ς, *ministris* A D ς), 94 *turba Curensis* U (M pauci ς, *forensis* ω), 146 *hoc coepta est mense Perenna coli* U (*na* in ras., B[2], *repe*nte* A, *repente* ω), 206 *sic est nurus orsa loqui* U (pauci ς, *ausa* ω). 215 *iam stabant acies* U (B C M pauci ς. *steterant* ω). 293 *nec sine ui tradent: adhibeto uincula captis* U (B C Z M ς, *adhibe tu* A D ς), 439 *gigantas* U (pauci ς, **gigantes* ω, quam formam Riese recepit; at forma accusativi *gigantas* apud eundem exstat V 35 omnibusque metam. locis I 152 sec. pr. man. Medicei, ut uid., V 319 sec. pr. m. M., X 150 sec. M.), 462 *fila legenda* U (B Z M pauci ς, cf. Heinsius ad h. l., *regenda* ω), 488 *turpius* U (plerique ς, *turpiter* A D M 2 ς), 634 *dissimulatque fremens* U (Z M[1] pauci ς, *metum* D, *metu* L, *metus* ω), 689 *gaudet amans* U (B C M pauci ς. **credit* ω). 846 *furta reperta* U (B C pauci ς, *recepta* ω); IV 12 *cano* U (B ς, *canam* A[1] D C ς, *cana* A[2]), 20 *quo tenearis* U (Z M pauci ς, *quo tuearis* B V pauci ς, *quod tuearis* A D T H L ς). 141

siccabat r o r a n t e s n u d a *capillos* U (M pauci ς, *sudantes rurae* A¹, *sudantes rore* A² D T H B V L ς), 146 *c a l i d a qui locus umet aqua* U (M¹ pauci ς, *gelida* ω), 295 *n u r u s q u e* U (2 ς, *uirique* ω), 440 *p a r s c a s i a m , p a r s m e l i l o t o n a m a t* U (*pars rore et meleton* [*lo* addit A²] *amat* A, *pars rorem pars melelonthon* D, *p. rorem pars melelothon* B V, *p. rorem et meleloton* T, alii aliter), 496 *non homini r e g i o , non adeunda ferae* U (C Z M¹ ς, **facilis* A D T H B V L ς). 499 *effugit e t Syrtes* U (M ς, *ad S.* ω), 511 *redigebat r u r e capellas* U (1 ς, *forte* 2 ς, **monte* ω), 539 *Metanira*] *melanira* U pauci ς, *menalia* A L ς, *menalca* D, *melanina* B V ς, 659 *u e s t e r u d i t e c t u s supra noua uellera corpus ponit* U (Z M ς, *uesper ubi tectus* A, *uesper ubi est tectus* B C ς, *uesperum est tectum* D), 667 *Numa uisa r e u o l u i t* U (Z ς, *resoluit* ω), 709 *nam u i u e r e c a p t a m* U (pauci ς, *nam dicere certam* A D H B, alii aliter); — V 49 *in honore p i o* U (M ς, *in honore suo* D ω ex u. superiore intrusum), 78 *h a b e t* U (M pauci ς, *adest* ω), 101 *coleris c i n c t u t i s , Faune, lupercis* U (2 ς, *succinctis* ω), 152 *s i g n a dedistis* U (2 ς, *regna* ω ex interpolatione), 630 *tristia Leucadio sacra peracta m o d o* U (Z M 3 ς, suffragante Lactantio diu. inst. I 21, *deo* ω), 651 *u e n e r a t agris* U (Z M¹ ς, ubi pro *agris* ex uetere coni. legendum est *A r g i s* , *mansit in agris* D B T ς, *mansit in aruis* V), 676 *purus s u f f i t a — haurit aquam*] *suffitam* U, *suffusa* D plerique ς, 725 *Proxima Vulcani lux est, ubi lustria dicunt* U (V L Z M, unde facili coniectura emendatum est *T u b i l u s t r i a , quam lustria* D B ς); — VI 142 *naeniaque in uolucres M a r s a figurat anus* U (pauci ς, cf. a. a. II 102, Horat. epod. 17, 29, *falsa* ω), 205 *prospicit a t e m p l o* U (2 ς *a tergo* ω), 294 *et comites uirginitatis h a b e t* U (ς, *amat* D H V L ς), 479 *M a t u t a e* U (*mutatae* D B C V L ς).

Verba autem singula in U aut raro desunt aut ea deesse raro enotatum est, unum inueni II 759 *uenio;* uersus hi omissi sunt: II 281 sq. (= 2 ς), ubi quod et u. 280 et u. 282 in uocem *erat* exit, origo erroris aperta est, II 853—864 (finis libri); contra in U cum paucis ς hi uersus interpolati exstant VI 271—276, quos etiam ipso argumento admodum suspectos omittunt D T B V L ς (cf. *Anh.* p. 55 sq.), et VI 739 sq., quos eidem fere ς exhibent, qui u. 271—276, eidem omittunt:

Non impune pius iuuenis Troezena petebat:
diuidit obstantes pectore taurus aquas.

uides sermonem esse de Hippolyto a Theseo patre in exilium misso, uersuum autem tenore perlustrato illud distichon aegre desiderari posse facile dixeris. uerum tamen quam languidum est! praesertim conparata eiusdem rei narratione, quae in metam. XV 511 sqq. est:

corniger hinc taurus ruptis expellitur undis
pectoribusque tenus molles erectus in auras
naribus et patulo partem maris euomit ore.

Troezena petebam autem de eadem re etiam in metam. XV 506 dicit Ouidius, etiam *pius iuuenis* octo uersibus post (747) redit. quod uero grauissimum est, haud raro in fastis et metri natura parum apta et festinatione poetae factum est, ut orationis tenor hiaret, etiam eis rebus praetermissis, quae maximi momenti essent. hoc autem loco cum poetae interesset summas tantum modo 'noti amoris Phaedrae notaeque iniuriae Thesei' (u. 737) attingere et cum ad finem festinaret, fragmenta quaedam narrationis conseruisse satis fuit, certe orationis cursus et aequabilitas illo disticho interposito omnino non iuuatur [1]).

Nunc pergo ad eos locos, quibus singula quaedam uerba, quae genuina A et D seruaue-

[1]) Interpolatoris manum in eadem re u. 751 sq. recte deprehendisse uidentur Heinsius et Schrader emend. p. 191. uid. *Anh.* p. 62. epist. crit. p. 15. hoc tamen distichon in omnibus libris mss. scriptum exstat.

runt, in U corrupta inueniuntur maximamque partem tali interpolatione, ut scriptura Ouidiana oblitterata consulto aliquem operam dedisse perspicias, ut et uersui et orationi mederetur: I 6 *huic tibi deuoto munere dexter ades* U (B paucis ς, *numine* ω), 26 *auxiliante felix totus ut annus eat* U ex interpolatione (*auspice te* uel *auspicio* ceteri codd., uid. supra p. 8), 71 *postera lux oritur* U (1 ς, *prospera* A D V L ς, *proxima* B C H pauci ς), *linguisque animisque fauete* U (B 3 ς, *linguis* ω), 74 *differ opus, liuida lingua, tuum* U (B C ς, quae scriptura scita atque per se haud contemnenda et ea re refutatur, quod u. 71 Ouidius eadem uoce usus est, et ea, quod in hac parte U, ut multis locis audacter interpolatus, codicibus A et D auctoritate cedit, *liuida turba* A D ς), 97 *obstupui sensique metu riguisse capillos* U (sic uel *obstipui* B C M [1] pauci ς, quae uox apud Ouidium usitata h. l. ex adscripto simili uersu Vergiliano Aen. I 774 *obstipui steteruntque comae* in Ouidium inrepsisse uidetur, *extimui* A D T H V L ς), 153 *formatis amicitur uitibus arbos* U (C M ς, ubi u. *uitis* antea superiori uersui explicandi causa adiecta casu in hunc delata et uera scriptura exturbata ab interpolatore metro sententiaeque esse adcommodata uidetur, *formatis operitur frondibus* A D ς), 179 *ad primas uoces timidas conuertitis aures* U (*ad primam uocem t. aduertitis a.* ω), 207 (*iura dabat populis posito*) *modo consul aratro* U (B C ς, *praetor* A D T H V L ς, quam scripturam simili loco addito fastorum III 781 *et caperet fasces a curuo consul aratro* deprauatam esse censeo), 393 *racemiferi — Bacchi* U (B C 6 ς, interpolatum ex met. XV 413. III 666, fast. VI 483, *corymbiferi* ω), 453 sq. *nec defensa iuuant Capitolia, quominus anser det iecur in lances, Inachi bacca, tuas* U (*inachi uacca* M ς, quae uox ex interpolatione uel conparato simili loco a. a. III 393 *uacca Memphitis* in uerba Ouidiana inrepsit, *Inachi lauta* perpauci ς, *inache lauta* A D B C ς), 537 *talibus auspiciis nostros descendit ad agros* U (C Z M ς, *talibus ut dictis nostros descendit in annos* A D T ς, ex utraque scriptura contaminati B: *talibus auspiciis n. d. ad annos*, L [1] ς: *tal. ut dictis n. d. in agros*), 585 *gratissima dixit* U (B C Z M [1], *uixit* ω), 622 *prole iuuare* U (Z M ς, *nouare* ω), 662 *seminibus laetis* U (B pauci ς, *iactis* ω). — II 86 *fugiens respicit agna lupam* U (M 4 ς, *restitit* ω), 98 *hac tibi naue tua* U (2 ς, *at tibi* ω), 195 *uolcentibus armis* U (*Veientibus* A ς, *uegentibus* D V L ς), 220 *zephyro uicta repente fluit* U (pauci ς, *tepente* ω), 265 *monimenta patentia* U (*perennia* ω), 363 *transfixa* U (pauci ς, *transuta* A D ς), 393 *neque iam procedere possunt* U (1 ς, *n. enim* A D ς), 428 *optati nomen — aui* U (M, *optatum* ω), 524 *nunc ipsas igni* U (M [1] pauci ς, *ignes* ω). — III 91 *constant* U (pauci ς, *constat* ω), 164 *iunxit et e pleno tempore iuncta die* U (C M pauci ς, *tempora quinta* A D B V ς, Riese cum uolg. *quarta*, at cf. *Anh.* p. 22 sq., ubi locis Ouidianis, quibus lustro quinque annorum spatium significatur, addas epist. ex P. IV 10, 9 *Vlixes iactatus dubio per duo lustra mari*), 251 *matrem quoque turba* U (**matrum me turba frequentat* ω, unde ueram scripturam Merkel leni mutatione elicuit *matrem mea turba frequentat*, quae proximo uersu, ubi de pietate sua in Iunonem matrem Mars loquitur, flagitatur; utique *quoque* in U interpolatum est), 418 *cratera* U (Z 1 ς, *gratare* ω). — IV 109 *carmen modulatum* U (B C aliquot ς, *uigilatum* ω), 132 *iam meminisse minas* U (pauci ς, *iam timuisse minas* ω), 182 *fleuit* U (*flabit* ω), 214 *sonos* U (3 ς, *modos* ω), 330 *ostia* U (ς, *atria* ω), 546 *in teneris aurea mella fauis* U (Z 2 ς, *in ceris aurea mella suis* ω), 565 *quod* U (2 ς, *quo* ω), 613 *et fecisset idem* U (3 ς, *et factura fuit* ω), 624 *die* U (ς, *sua* ω). — V 25 *hinc sata est maiestas* U (*hinc sata mai.* ω), 60 *pro dis aderant in statione senes* U (3 ς, *st. suis* ω), 64 *habet* U (B V ς, *erat vel habet* D, *erat* M ς), 131 *uouerat illa quidem Curius* U (teste Ciofan., Riese tacet, *arserat illa quidem* D[1], *ara erat* D[2] B C H ς, *Curibus* D B L ς, cf. *Anh.* p. 42), 162 *a*canis uela dabuntur aquis* U (3 ς, *capreis* D C ς, in qua scriptura latere

Neapolitanus recte uidit, quod in cod. suo 'infimae aetatis' etiam exstaret, *a Calabris; campis* B ς). 176 *leas* U (B L V ς, *feras* D ς), 293 *clini* U (T ς. *cliuum* D B V L ς), 329 *annuimus uoto* U (*uoto* ω), 350 *causa petita fuit* U (B ς, *pet. subest* D C Z M ς, *mihi* uel *mihi est* pauci ς), 355 *cur tamen aptentur uestes* U[1] (2 ς, *utentur* U[2], *c. t. ut dantur uestes* D B L ς, *ut dentur* V ς), 435 *manus pure* U (B C ς, *puras* D ς), 486 *aperta uident* U (ς, *operta uides* D ς, *operta uident* T ς), 571 *instanti milite* U (B C ς, *hinc stanti* D ς). 595 *numenque bis ultum* U[1] (pauci ς, *bis ulto* D B C Z M ς, *bis ultor* U[2] ς), 649 *boues Erytheidas ultor* U (pauci ς. *Erytheida praedam* D ω, uid. infr.), 650 *et comites longius ire lubet* U (*iubet* 2 ς, *negant* D B ς. *uetat* V), 684 *n. uana Iouis* U (ς, *magna* D C M ς). 712 *qua ceruix humeros continuata tegit* U (B V L ς, *premit* D C M ς), 722 *quae tamen infantes hec* U (*in fastis hoc* ω). — VI 67 *nunc ego* U (*non ego* ω). 68 *inuita parte morabor* U (1 ς. *matre* ω), 105 *Helerni*] *alerni* U, *elerni* D C L[2] M[1] ς, *hilerni* B V ς. alii aliter, 192 *appositum dextre porta Capena uiae* U (pauci ς, *Tectae — uiae* ω), 223 *monstrabat* U (*monstratur* D ω praeter paucos — M 6 ς —, in quibus *monstratus* est), 318 *et quas pumiceas* U (C 5 ς, *et quae* ω), 505 *quaerit ab his unam* U (*Ino* ω praeter B et paucos ς. qui *Iuno* exhibent), 543 *numen ades pelagi* U (2 ς. *eris* ω), 558 *cur odio sit sibi* U (2 ς, *sit tibi* ω), 563 *proposito* U (V L ς, *praeposito* ς. *quo properas* D V L ς). 567 *Pallantide cretus* U (M[1] 5 ς, *caesus* ω praeter paucos ς), 593 *facito* U (ς, *facio* D Z M ς, *factum* uel *factum est* ς), 682 *totaque — turba* U (L T ς, *potaque* D B V ς), 690 *uenire* U (3 ς, *redire* T L V ς. *redisse* D B ς), 711 *tertia nox ueniet* U (B T V L ς. *lux* D C ς), 735 *afflatus acutis* U (2 ς, *auitis* ω).

Medium quendam locum inter A et U obtinet codex D, qui cum diligentia minus religiosa quam A exaratus multisque locis leuiter deprauatus est, idem autem audaciore illa et perpetua codicis U interpolatione uacat. itaque etsi nimium ei tributum esse censeo a Mauricio Hauptio (Herm. I p. 402 = opusc. III p. 356), optimos libros auctoritate eius fere superari dicente: illud consentio, quod Mallerstorfiensis auctoritate illos aequare ei uidetur, id quod eis locis, quibus ex his tribus libris solus D genuinas scripturas seruauit, perlustratis satis clare elucebit. Sunt autem praeter eos, quos supra p. 3 adposui, hi praecipue mentione digni: I 186 *data sub niueo candida* (B C) *mella cado* D (T H M ς, * *condita* A U V L ς, in qua scriptura, cuius patrocinium nuper etiam Zingerle, Ztschr. f. östr. Gymn. 1875 p. 285, suscepit, etsi *condita mella* per se nihil habent, in quo offendas, displicent coniuncta participia *data* et *condita*, cum, quoniam et uersu proximo palma et carica epitheto suo ornatae sint et hoc uersu cadus, aegre desideremus in mellibus. origo autem interpolationis uidetur repetenda esse ex V 518 *promit fumoso condita uina cado*, cuius generis interpolationes multas apud Ouidium habemus, uid. infr.), 317 *quattuor adde dies ductos ex ordine nonis* D (M ς, *dictos* A, *dictis* U ς), 536 *Iulia numen erit* D (B V ς, *nomen* A U C T L M ς), 591 *generosa per atria* D (B C, *cinerosa* A U V ς), 658 *nec sementina est ulla reperta dies*] *sementiua* D Z M ς proxime uero, *sementinae* B, *se mentita* A U ς). — II 349 *cetera temptantem cubito* D (B T V ς, * *subito* A U ς). 380 *quod bene cessit* D (pauci ς, *gessit* A U B C M ς), 532 *sacra relata* D (B C M ς. *relicta* ω), 665 *Othryades*] *otriades* D, *othriades* C, *ethyades* A, *othyrades* U, *othiades* B, *ociades* T, *oenides* V, alii aliter); — III 71 *qua fuerant* D (ς, *quae* ω), 96 *huic genti quartus utrique deus* D (ς, *uterque* A U T M ς), 261 *stagnoque adoperta Dianae* D (ς. * *operata* A U B V ς. cf. *Anh.* p. 24), 274 *bibi* D (L ς. *bibit* A U B C V ς. *bibes* ς. *bibis* ς). 522 *accipiet* D (ς, *accipiat* A B C T L M ς. de U nihil enotatum), 557 *nudandas accepit area messes* D (Z M[1] 2 ς, *mandatas* 1 ς. *nudatas* ω), 599 *figitur* D (B C Z M ς, * *ducitur* A U ς), 645 *quaque metu rapitur* D (Z M[1] ς, *cumque* ω), 674 *tulisset*

D (B C M ς. *ferebat* A T V L ς), 766 *haec est* D (pauci ς. *erat* ω), 824 *Tychio*] *ticio* D A^2, *tycio* B C M, *pticio* A^1, *stychio* U, alii aliter; — IV 13 *mensem* D (B V L ς, **mense* A ς, de U nihil constat), 15 *Cytheriaca* D (Z, *cythara* A, *cytherea* U, sic vel similiter ω). 24 *ipse suos* D (B, *ipse* A ς, *ille* U L T ς, *suos* ς, *tuos* A U T L V ς), 135 *redimicula soluite* D (pauci ς. *dimite* A^1, **demite* A^2 U ω; quae uox in seq. uersu repetita ut in uerba Ouidi inreperet, facile fieri potuit, ut *soluite,* quod uerbum aptius cum redimiculis coniungitur quam u. demendi, uix potuit, nisi libidine mutandi, cuius in D multo rariora uestigia sunt quam in U aliisque codd.), 295 *matres nataeque* D (4 ς *natique* ω). 309 *ornatis uarie prodisse capillis* D (Z ς, *ornatus uariae p. capillos* A B ς, *ornatos uarie pr. capillos* U ς. alii etiam grauius corrupti), 385 *seducimur* D (B Z M, *subducimur* ω). 478 *quaque patet* D (C M ς, *quaeque* A, *iacet* ω), 500 *Nisaei*] *nisei* D ς. *niferi* A, *scyllei* U ς. 824 *fungitur igne focus* D (*finditur* A U T H B C L plurimi ς. *funditur* ς. *fingitur* ς). 842 *coepit et his* D (B V L ς. *in his* A U ς), 912 *tremat* D (L ς. *premat* A U B C ς).

At uero etiam errores plurimi aut ex archetypo translati aut noui in exarando D commissi sunt, non ita ut, quemadmodum in U factum esse uidimus, dedita opera librarius sua inuenta in poetae uerba insereret — nam ubi fraudis suspicio subest, iam in archetypo codicis D eam fuisse aliis libris, qui ex D non sunt exscripti, comparatis elucet —, immo aut oculorum error apertus est aut uerborum substitutorum ieiunitas tanta, ut causa mutationis ad festinationem et leuitatem quandam librarii rem magis quam litteras spectantis nec semper uersum scandentis referenda esse uideatur, ut *uenit* pro *redit, sonus* pro *modus, fieri* pro *peragi, genus* pro *sanguis, mitis* pro *mollis* et quae sunt similia falso posita inueniuntur. uersus tres desunt, qui ne ab altera quidem manu sint additi: I 491. 530. VI 180, etiam singula uocabula raro (*que* II 819. III 362. 731. *ne* IV 909. *est* IV 926). Aliorum generum corruptionis haec exempla adferre placuit: I 87 *salue festa dies* D (T H V L^1 ς, *laeta dies* A U B^1 ς), 109 *altum flamma petit* D (B C ς, *flamma petit altum* A U^1 ς, recte; ceteri, ut syllaba *it* positione produceretur, interpolati sunt, uel locis uerborum mutatis, ut in D, uel pro u. *altum* interposita u. *caelum*, ut in T H V L^1 U^2 ς, at cf. met. V 460, tr. I 10, 25. Lachmann ad Lucr. p. 207 sqq. Neue *Formenlehre* II p. 408), 110 *loco* D (L T ς ex u. 109 hac inlatum, *solo* A B ς), 261 sq. *utque leuis custos, armillis capta Sabinis, ad summae Tacium duxerat arcis iter* D (ς multi alii in aliis erroribus cum D consentiunt, falso, quoniam iam u. 260 Tatius nominatus erat; *armillis capta Sabinos* [B C ς] *ad summae tacitos* [plerique libri] *duxerit* [B ς] *arcis iter* A, de U nihil constat), 273 *comperta* D (*percepta* ω), 296 *propositi pars fuit ista* D (multi ς, *illa* H L ς, *promissi pars fuit ista* T, *ipsa* V ς, omnes plus minusue interpolati, recte A: *promissi pars sit et ipsa mei* et paulum discedentes U B C: *promissi pars sit et ista,* cf. *Anh.* p. 7 sq., Fleckeisen. annal. 1875 p. 505), 373 *faciem transformat et alterat arte* D (et ω praeter A U 4 ς, qui recte exhibent *transformis adulterat*). 388 *datur* D (V L ς, *cadit* ω), 543 *boues — applicat* D (pauci ς, *appulit* ω), 574 *fulgur ab ore iaci* D (*ab igne* ω), 660 *non stata signa* D (*st. sacra* ω). 722 *probate* D (*rogate* ω). — II 8 *illis* D (3 ς, *illinc* ω), 18 *pacato si quid ab hoste uacas* D (M ς, *parando* A ς, *placando* B C ς, *placato* ς), 19 *piacula* D (T C M ς, *piamina* A B V L ς), 89 *coruus* D (ς, *cornix* ω), 122 *his festis* D (pauci ς, *hic fastis* A ceterique paene omnes); post u. 202 in D (plurimisque ς) uersus interpolatus exstat: *Illa fama refert Fabios exisse trecentos* (recte omissus in A U^1 V^1 L^1, quamquam Riese eum tuitus est; tum qui pentameter *Porta uacat culpa, sed tamen omen habet* in B T ς inuenitur, deest in D, cui a recenti manu in marg. hic est adscriptus *quos omnes misere perdidit una dies,* confictus secundum u. 236), 216 *occulit*

apta D (ς, *occulere apta* ω), 266 *erat* D (*crater* ω), 340 *continuatque* D (*sustinuitque* ω), 383 *caelestis semina Martis* D (1 ς ex interpolatione, *caelestia semina partu* ω), 408 *summa tabella* D (*curua t.* 5 ς, *parua t.* ω). 459 *iuncta duorum signa, duos* D (*iuncta micatis s.* ω), 633 *grati pignus amoris* D (ς, *honoris* A U B C ς), 703 *fuerat nitidissimus herbis* D (*suberat cultissimus h.* ω), 763 *niueusque color niueique capilli* D (*flauique capilli* ω, *nigrique* unus ς); — III 195 *externis dantur conubia gentibus* D (ς, *extremis* ω), 216 *iam lituo tubicen signa daturus erat* D (Z M[1], *iam lituus pugnae signa* ω), 237 *excussae frigore frondes* D (B C M ς, *detonsae* ω), 290 *summi* D (*saeui* ω), 337 *uerborum* D (M[1], *sed uerum* ω), 392 *Mamuriumque canunt* D (*uocant* ω). 403 *rutulare* D (pauci ς. *rorare* ω), 404 *quintae tempora lucis erunt* D (ς. *lucis aget* ω). 558 *iamque cauo steterant tercia musta lacu* D (C M[1] pauci ς, nisi quod *inque* et *tertia* in eis est, *inque cauos ierant t. m. lacus* ω) 602 *functus* D (M[1] 1 ς, *auctus* ω). — IV 21 *descendit origine mensis* D (H ς, *imagine mensis* ω), 175 *siphile* D (*Sisyphe* ω), 216 *comas* D (B ς, *iubas* ω). 289 *aequoraque astra legit* D (*Afra* ω), 464 *noto corpore* D (2 ς, *pondere* ω).

Sed de erroribus cod. D haec hactenus, nam eos, qui in libris IV et V mentione digni esse uisi sunt, cum libri U egregias scripturas enumerarem, supra adposui.

Ab his igitur libris mss. in fastis Ouidianis recensendis proficiscendum est, sed quantum et ipsi neglegentia et interpolatione librariorum uel eorum qui ipsos, uel eorum qui archetypos exarauere, deprauati nos destituant, ex eis exemplis, quae satis multa modo collegi, alia infra addam, elucere et adparere censeo. Itaque facere non poterimus, quin aliunde praesidia repetamus, haec autem tot tam grauia ex recentibus libris, qui nunc fere contemni solent, redundant, ut uel sagacissimorum hominum coniecturis deberi non possint. quis enim in uersu, quo de Curetibus et Corybantibus sermo est (IV 209), qui et in optimis libris et in omnibus fere deterioribus sic scriptus exstat:

pars clipeos manibus, galeas pars tundit inanes,

coniectura excogitatum esse censeat, quod habemus in Z et M[1]:

pars clipeos rudibus, galeas pars tundit inanes?

quae scriptura conparato Lactantio, qui eundem uersum sic exhibet (diu. inst. I 21) *pars clipeos sudibus*, ex omni dubitatione eximitur. quis, quod recte in eisdem Z M paucisque ς II 276 habes *altaque Cyllene?* cum in ceteris libris peruerse legatur *altaque Troezene*. denique si quis omnes scripturas emendatas, quas libri praeter A U D suppeditarent — plurimas enim infra conponam —, coniecturarum instar habendas esse existumaret, toto caelo erraret.

Ex eis autem libris, qui in inferiore gradu quam A U D positi sunt, ei, quos supra litteris (T B C V L H Z M) insigniui, ex ceterorum turba segregandi esse uisi sunt, qui pari spatio ab utroque genere codicum (ab A U D atque ab ς) distant. nam et multas praestantes scripturas seruauerunt, quae in A U D omnino euanuerunt, et temerariae cuiusdam interpolationis maiorisque corruptionis indicia plurima prae se ferunt. sed etsi ab codice aliquo archetypo, qui ab archet. codd. A U D diuersus esset, originem duxisse uidentur, tamen quasi quadam familia consociari non possunt. tot tamque grauia ex libidine eorum qui scriberent legerentue singuli ipsi perpessi sunt. quibus uitiis ne codex Treuerensis quidem uacat, qui omnium primum locum, qui etiam Petauiano superior sit, V. Loersio obtinere uidetur (uid. p. 5). quamquam septuaginta et sex locos enumerat, quibus hic eas scripturas praebeat, quas Merkel aliis auctoritatibus motus in editionem suam maiorem receperit, codicem A spreuerit (l. s. p. 41 sq.). uerum tamen sedecim locis postea idem Merkel codicem A amplexus est, idque recte, sex aliis altera manus in A

errores iam sustulerat, duobus, quid prima manus scripserit, propter rasuram dignosci non potest, uno (I 27) uterque et A et T errauit, denique uicesimo sexto (I 137) etiam in A sinceram scripturam seruatam esse Riese docuit; restant quadraginta loci, quos non solum numero superant emendatae scripturae codicis A — nam uiginti nouem locis, quos Loers conputauit (p. 42), quos facile numero augere possum, accedunt illi sedecim, quibus auctoritas codicis A Treuerensi rectius praefertur — sed multo magis pretio suo. omnia enim audacioris interpolationis indicia, quam supra adumbraui, habes in T; uelut (me continebo autem intra primi libri fines) u. 109 (uid. s. p. 14), 296 (p. 14), 315 sq. (p. 6), 373 (p. 14), praeterea u. 5 *leuem non dedignatus honorem* (cum 4 ς, *non auersatus* ω), 131 *sic quondam uario uoluit — uetustas nomine diuersas significare uices* (quae interpolatio in nullo praeter T libro omnium, quos nouerim, exstat pro *scilicet alterno uoluit*). contra deteriores scripturae in A haud exiguam partem calami leuitati tribuendae sunt, in T autem uix ullam uarietatem inueni, quae uerbis poetae in ceteris libris deprauatis sola lucem adferret. itaque, si quis codicem recte aestimare uoluerit, quoniam menda bonaue non numeranda sed expendenda sunt, haud dubium est, quin T auctoritas multo cedat codici A. eundem autem etiam Vrsiniano et Mallerstorfiensi, quos cum T suo conparare Loers ne pretium quidem operae esse duxit, superari ex eis scripturis, quas supra proposui, adparet, ut iure meo eum in inferiorem gradum detrusisse uidear.

Multo plura debentur codici B atque etiam C, qui etsi multis locis interpolati sunt, idque ita, ut maxime cum U consentiant, tamen scripturas quasdam egregias soli retinuerunt; idemque nisi quod et uitia et bona aucta sunt, de Z et M ualet, qui codices quod nondum ipsi reperiri potuerunt, uehementer dolendum est. Redeunt autem ad antiquum aliquem archetypum, qui multis locis etiam integrior fuit quam archetypus librorum A U D, tum autem, nam conpluribus gradibus ab illo distant, et ea exemplaria, a quibus hi libri exscripti sunt, multum interpolata erant idque secundum codicem, qui Vrsiniano simillimus esset, et Z et M ipsos audacissimi et inperiti librarii, qui quae remoueret etiam eraderet, manum expertos esse Heinsius testatur.

Denique huic ordini codices V L H adscribere statui, qui quaedam uitia interpolationis cum B C uel cum U communia habent, in aliis magis ad D inclinant, sed eorum archetypi tam saepe cum aliis libris, qui aut etiam nunc exstant aut horum simillimi erant, conparati esse uidentur, ut uix ullam emendatam scripturam, quae eorum propria esset, retinuerint.

Nolo autem nunc singula, quae ad pretia horum librorum aestimanda coaceruaui, ex scriniis meis depromere, ne taedium legendi locorum adlatorum multitudine etiam magis inritem. exempla enim, quibus recte me de eis iudicasse intelleges, satis multa in eis quae de A U D disputaui, praesto sunt. itaque ei rei, quam mihi proposui, me satis fecisse arbitror, si uersuum ordinem secutus eos locos enumerauero, quibus quod in A U D frustra quaesiuimus praesidium, horum librorum hic uel ille suppeditat: I 265 *et iam contigerant portam* B V ς (*contigerat* A U D ς), 351 (*sata teneris lactentia*) *sucis* B L ς (*sulcis* A D T V ς, de U non constat), 497 *firmata mente* B C ς (*formata mente* U, *et firma mente* A ς, *et firmus mente* D ς), 512 *et nemorum nymphae naiadumque chori* H T ς (*nemorum siluae* A U D B C V L ς), 626 *ius tamen exemptum* L T ς (*exertum* A V, *ereptum* D ς, *amissum* U B C Z M ς), 636 *altera, uersurum postmodo quidquid erat* (Z^2 M^2, quae scriptura, quia Postuertae nomen illo uersu explicatur, necessaria est, *uenturum* ω), 649 *hanc tua constituit genetrix et rebus et ara* B M 2 ς (**haec* ω; sed *haec* nihil habet, quo recte referatur, quoniam templum Concordiae in cliuo Capitolino, de quo agitur, ab imperatore Tiberio conditum esse Ouidius uersu proximo superiore dixerat — *templaque fecisti, quam colis ipse, deae* —; at omnes difficultates tolluntur forma *hanc* — i. e. Concordiam

ipsam — recepta; nam domum inperatoriam pace et Concordia restituta multum gloriatam esse satis constat, cf. Preller myth. Rom. p. 624, quae autem h. l. dicitur ara a Liuia constituta, in porticu Liuia in monte Esquilino sita erat, dedicata a. 7 a. Chr. n., quam loco simillimo Ouidius commemorat VI 637 *Te quoque magnifica, Concordia, dedicat aede Liuia, quam caro praestitit illa uiro)*; II 140 *tu recipis luco, summouet ille nefas* B C M ς *(reppulit* A U D T H V L ς), 201 *(Carmentis portae) dextro est uia proxima iano* Z M ς *(dextra ω)*. 396 *plus tamen ex illis iste uigoris habet* B C L T Z M ς *(ex istis* A D V ς). 472 *munus habent* B C M ς *(nomen ω)*, 722 *et patitur lentas obsidione moras* Z M ς (**longas ω*), 727 *dum nos difficilis pigro tenet Ardea bello* B C Z M ς (**sollicitos ω*; loquitur autem S. Tarquinius, cum cuius superbia sollicitudo propter urbem longa obsidione inclusam parum concinere adparet; quod uero inseq. uersu paene idem, quod hoc, dicitur *nec sinit ad patrios arma referre deos*, cum haec causa interpolatione tautologiam minuendi facile esse potuerit, saepe hoc apud Ouidium inuenitur et ex natura uersus elegiaci explicatur, uid. I 71 sq. 77 sq. 79 sq. 287 sq. II 473 sq. et cet.), 741 *inde cito passu petitur Lucretia: nebat, ante torum calathi lanaque mollis erat* Z M^1 ς (*Lucretia,* **cuius ante torum ω*, admodum ieiune Ouidique ingeni teneritate in talibus potissimum rebus insignis indigne); III 23 *iam scilicet* T V M ς *(nam scil. ω)*. 64 *redigunt actos in sua rura boues* M ς *(iura ω,* ex u. 62 huc intrusum), 316 *arbitrium est in sua tela Ioui* B Z M ς *(cela* C, *tecta ω)*. 438 *aspice deinde manum: fulmina nulla tenet* B C M ς *(aspice deinde:* **manu f. ω*), 517 *totidem demerserit*| *dimerserit* paene recte B, *dimiserit* D C Z M, *cum deserit* A U T L, *quoque demserit* H, alii aliter, 575 *signa recensuerat bis sol sua* B C M ς *(recensebat ω)*. 594 *a uotis* Z^1 L^1 *(aut uotis* A^1 U B ς, *at uotis* A^2 D L^2 ς), 619 *aspexi non illo pectore digna uulnera* B C Z M ς *(corpore ω)*, 659 *nymphen Atlantida*] *nimphen Athlantida* T, *nymphen Athlantida* B, *ninpham Athlantida* D, *nymphe nalanida* A U^1, alii aliter, 693 *ridet amatorem — Mineruae* Z M ς *(risit* D, *ludis* A U L V T ς, *ludit* B ς, sed eadem uox iam in u. proximo usurpata, cf. II 353 sq.) — IV 85 *quo non liuor abit?* Z M ς *(adit ω)*. 108 *cura sui* Z M ς *(solo ω)*. 211 *res latuit, priscique manent imitamina facti* B C Z M ς (quam scripturam Lactantius I 21 tuetur, qui etiam u. 209 et u. 632 ueram Ouidi manum seruauit; *res latuit* **patrem priscique imit. f. ω*), 457 *quales audire solemus* C M ς *(ut quas ω)*. 515 *restitit et senior* B Z M ς *(perstitit ω)*. 525 *quam raptam quereris* Z M^1 ς *(quam raptam quaeris ω)*, 724 *prosequor officio si tua festa* M ς *(facta* D T V L ς, *sacra* A U, at u. 723 exit in u. *sacra canenti)*, 739 *uiuo de sulphure fumi* B Z M ς *(puro de s. ω)*. 897 *uenerat Autumnus calcatis sordidus uuis* T L ς (leniter corrupti D B V M ς: *sordibus,* A ς: *horridus)*, 942 *quare pereat* B Z M *(fiat ω)*; V 77 *successor honoris* Z^1 M^1, ut uid., 2 ς *(successit ω)*, 131. *sed multa uetustas destruit* C Z M (**longa uet. ω,* quod minus placet, quod pergitur *sed saxo longa senecta nocet)*, 178 *ipse fuit Libycae praeda cruenta ferae* B Z ς *(leae ω,* at uersus prox sup. hic est: *dumque petit latebras fetae catulosque leaenae)*, 250 *testificatur* Z M^1 ς *(testificabor ω)*, 354 *contemni spinam* Z M ς (**contemnunt ω*), 414 *corpora cinctus eras* B T V L ς *(corpore* D M ς, *timpora* U ς), 455 *sub prima crepuscula* T L ς *(supprema* B, *suprema* U D V ς), 507 *flammas exsuscitat aura* Z M L^2 ς *(excussit ab ara* C, *discussit ab aura* H ς, *excussit ab aura ω)*. 525 *cara fuit coniunx, primae mihi cura iuuentae cognita* Z M^1 ς *(carae mihi prima iuuente* U ς, *cara mihi prima iuuenta* D B C T ς). 708 *constiterant illic: nomen Aphidna loco* Z *(const. illic nomina fida loco ω)*; VI 66 *in uultu signa doloris erant* C T M^2 ς *(uigoris* U D V L M^1 ς, *decoris* B ς, neutrum tamen cum re concinit, cf. IV 586 *maxima in uultu signa dolentis erant)*, 553 *Cadmei* M^1 1 ς *(cadmea ω)*. 599 *hinc cruor, hinc caedes* B C ς (= Tibull. II 3, 38, *et caedes ω*), 648 *uindex* Z M 5 ς *(iudex ω)*, 654 *quid stola longa* C Z M ς *(toga ω)*,

704 *inflatam* B Z M ς (*efflatam* U D V L ς, *efflatum* ς), 760 *qui nimiae mouerat artis opus* Z 5 ς (*nouerat* ω, cf. supra p. 9, ubi in A eadem confusio), 768 *quartus* (*quantus* M) *ab extremo mense bis ille dies* B V L ς (* *quintus ab extr. mense* * *erit ille dies* U ς, *quintus ab extr. m. bis ille dies* D T ς). Sed hoc loco quia codicis U ueram scripturam esse arbitratus Riese u. 763—770 post u. 791 transposuit dierumque notas mutauit, ad uolg., in qua *quartus ab e. m. bis ille dies* scribitur, defendendam paulo ampliore disputatione opus est. Videmus autem secundum ordinem codicum hos ab Ouidio extremi mensis Iuni dies notatos:

1. u. 729—762 dies templi Summani a. d. XII kal. Iul. (20. Iun.) secundum hemerol. Venus., Esquil., Amitern. (Corp. inscr. Lat. I p. 395),
2. u. 763—768 dies cladis ad Trasumennum acceptae, de quo nunc quaeritur,
3. u. 769 sq. 'postera lux' uictoriae de Syphace et Hasdrubale partae,
4. 771—784 dies templorum Fortis Fortunae a. d. VIII kal. Iul. (24. Iun.) sec. hemerol. Amit. et Venus. (C. I. L. p. 395),
5. u. 785—790 solstitium secundum Ouidium tertio die post diem Fortis Fortunae i. e. a. d. VI kal. Iul. (26. Iun.), [1]
6. u. 791—794 'Lucifero subeunte' dies templorum Larum publicorum in summa sacra uia et Iouis Statoris, de quibus sollemnibus in fastis marmori incisis nihil memoriae proditum est,
7. u. 795 sq. dies templi Quirini, a. d. III kal. Iul. (29. Iun.) sec. hemerol. Venus. l. s. p. 395.
8. u. 797—fin. pridie kal. Iul. (*'Tempus Iuleis cras est natale kalendis.'*)

Riese igitur temporum ordinem sic constituisse sibi uisus est, ut u. 763—770 (n. 2 et 3) post 790 (n. 5) reiceret dierumque notas has adscriberet: ad u. 729 (n. 1): 20. Iun., ad 771—772 (n. 4, quacum parte coniunxit n. 5) 23. 24. Iun., ad u. 791 (n. 6): 25. Iun., ad 763 (2): 26. Iun., ad 769 (3): 27. Iun., ad 795 (7): 28. Iun., ad 797 (8): 29. 30. Iun. In his uero errauit, quod ad u. 795 Merkelium secutus diem 28. mensis Mai adscripsit, nam ferias templi Quirini insequenti die celebratas esse ex fast. Venus. p. 395 conpertum habemus, ut illud *Tot restant de mense dies quot nomina Parcis* (u. 795) secundum Romanorum consuetudinem dies notandi ('a. d. III kal. Iul.') dictum esse censendum sit (cf. II 686. VI 725). quamquam hoc ad summam rei non pertinet. illud eius transpositioni obest, quod uersibus 771—790 (n. 4. 5) ab honoribus Fortis Fortunae (24. Iun.) usque ad solstitium (26. Iun.) nos aperte deduxit; fingit enim aliquem a feriis illis Fortis Fortunae in urbem redeuntem et ad stellas haec uerba iacientem:

'Zona latet tua nunc et cras fortasse latebit:
dehinc erit, Orion, aspicienda mihi.'
at si non esset potus, dixisset eadem
uenturum tempus solstitiale die.

quod si hunc uersum adnectit:

Lucifero subeunte lares delubra tulerunt,

quis de eo die qui ferias Fortis Fortunae insequitur, i. e. de 25. mensis Iuni, cogitauerit? quis non potius de die 27. mensis Iuni ut de eo, qui est post solstitium? hinc autem Riesi ratio dissoluitur, qua cladem illam ad Trasumennum a. d. VI kal. Iul. (26. Iun.) acceptam esse uult,

---

[1]) Ouidius II 149 uer a. d. IV id. Febr. (10. Febr.), aestatem a. d. III id. Maias (13. Apr.) incohat (V 601), itaque cum hac ratione congruit h. l. solstitium a. d. VI kal. Iul. (26. Iun.) positum; eundem diem habes in fast. Venus. p. 301, a. d. VIII—VI kal. Iul. (24.—26. Iun.) apud Columellam XI 2, 49. cf. Mommsen, chronol. rom.[2] p. 301.

uictoriam in Africa a. d. V kal. Iul. (27. Iun.) partam. proinde illius diem a. d. IX kal. Iul. (23. Iun.), huius a. d. VIII kal. Iun. (24. Iun.) esse secundum Ouidi auctoritatem docere pergamus. Codicum autem D T ς scripturae nemo adhuc patronus exstitit nec exsistet, quam ex duabus aliis contaminatam esse perspicuum est.

Sed etiam infra hunc codicum ordinem descendendum esse, ut aliquot locis medellae adhibeantur, haec exempla docebunt:

I 245 *arx mea collis erat, quem* c u l t r i x *nomine nostro*
nuncupat haec aetas Ianiculumque uocat,

Klockhofii excerpta, duo Farnesiani, *cultrix quem* Gottingensis, **quem uulgus ω*; sed quamquam *que* coniunctionem, si non cum primo enuntiati sui uocabulo sed cum alio coniungitur, non solum uerbo, id quod magis usitatum est, sed etiam alii uocabulo adnecti non ignoro (cf. Riese tom. III p. XXXI), tamen diuisio illa *quem uulgus nomine nostro nuncupat* et *haec aetas Ianiculum uocat* parum idonea esse mihi uidetur; I 454 *I n a c h i l a u t a* libri Car. Neapolis et aliquot Heinsi (*inache laute* A D B C ς, alii aliter, uid. supra p. 12); I 526 *n u m m i n u s hic toto est altior orbe cinis?* tres ignoti codd. (*nunc minor* plerique libri, in his optimi praeter U, qui *non minus* exhibet); II 103 *Ille* (Arion) *metu uacuus 'mortem non deprecor' inquit* uar. script. in cod. Moreti (*metu pauidus ω*, quod etsi Herodoti narratione defendi uidetur, Ouidi tamen sententiarum tenore refutatur); II 575 *cum fusco — r h o m b o* uar. script. in cod. Politiani et in altero cod. Patauino (**plumbo ω*): III 351 *at certe c r e d e m u r* cod. Parisinus, duo ς (*credemus* uel *credamus* uel *credetis ω*): IV 136 *tota l a u a n d a dea est* duo ignoti codd. (*iuuanda* D B M ς, *uidenda* uel *leuanda* ς); IV 191 *da, dea, q u e m s c i t e r* tres ignoti (*quem scitent* M, *quam scite* A U B C ς, *quae scitor* D Z); IV 279 *Rhoeteumque r a p a x* cod. Gallicus Mazar., cod. Pomponi Laeti, unus Ambros., 8 ς (*capax ω*); V 311 *longa referre mora est c o r r e c t a oblinia damnis* tres codd. ignoti (*collecta ω*); V 322 *florebant segetes, grandine laesa C e r e s* alter cod. Moreti, Gottorpianus, cod. Strozzae, alter Ambros. (**seges ω*); V 463 *n u n c e l a p s a rogi flammis* Gotting., Francofurt., Putean. pr., Bernens., Berol., cod. Petr. Serui, 9 ς (*nunc *sum elapsa ω*), V 626 *talia fatidici uerba fuere I o u i s* Gotting. (**senis ω*, at uid. *Anh.* p. 49); VI 355 *scilicet ignotum est, quae sit fortuna m e o r u m* cod. alter Moreti (*locorum* 3 ς. *malorum ω*); 406 *nil praeter salices c a s s a q u e canna fuit* Gotting., Bern., cod. Fonteini, P. Serui, duo Farnesiani (*casaque* M¹, *crassaque ω*). 594 *si uir es, i, d i c t a s exige dotis opes* cod. Strozzae (*es, indictas ω*). 757 *at C l y m e n u s Clothoque dolent*] *at climenes* cod. Cantabr., Gotting., *at limenus* Francof. (teste Heinsio), Regius, cod. P. Serui, unus Farnes., *at limeneus* cod. Bauar. secundus, 1 ς. *at dimenis* cod. Bauar.², *at limens* Putean. pr., *at limen* Francof. (teste Matth.), *at lachesis ω*. 789 *at si non esset p o t u s* cod. Bauar. sec., Gotting., Tolos. uar. scr., *pulsus* D B C M ς. *stultus* U ς.

Perspicuum autem est non unum aliquem ex his codicibus, quos ς littera notaui, tantum praeter ceteros eminere, ut alterius classis libris aequandus sit, nam aliae in aliis libris medicinae inueniuntur. itaque cum eidem lacunarum, interpolationum, corruptelarum multitudine scateant, uix credibile est, illas scripturas rectis riuulis ex tali archetypo, qui ceteris libris praestantior esset, deductas esse sed aut ex melioribus libris, qui nunc perierunt, conparatis translatae casuque seruatae esse uidentur aut coniecturis deberi.

Haec igitur singulorum quorundam codicum indoles, haec generum quorundam est. de quibus quae exposuimus nunc conplexi condicionem uerborum Ouidianorum, qualis in libris mss. melioribus exstet, in uniuersum describemus.

In distichis ordinandis, quamquam in singulis codicibus quaedam de locis suis detrusa sunt,

Merkelius quidem contra omnium codicum auctoritatem nihil nouauit nec ullum lacunae signum adiecit. nunc praeter alios et Riese et ego ipse uersus quosdam transposuimus atque paucis locis quaedam intercidisse censuimus. sed, ut est ex metri natura ad narrationem parum apta et ex farragine coniecturarum et sententiarum de eadem re diuersarum ab Ouidio congesta orationis tenor saepe abruptus et hiulcus, in utraque re statuenda magnum periculum est, ne poetae potius manum quam librarios corrigamus, praesertim cum ille fastos inperfectos reliquerit. nam fabula Aristaei I 363—383 nec cum eis quae antecedunt apte conexa est et, qua arte apes reparatae sint, pluribus narrat, illud omittit, quod ei locum dat, eam causam fuisse, ut boues inmolarentur; II 711 post Gabiorum expugnationem subito ad prodigium quoddam, quod Romae factum est, dolumque Bruti, quo Tarquinios fefellit, oratio pergit, quae fabula ipsa per se admodum leuiter narrata ut intellegatur, Liuius, quo Ouidius usus est, conparandus est; qua ratione III 285—348 et 349—393 inter se cohaereant, non perspicitur nisi additamentis quibusdam aliunde adscitis (*Anh.* p. 95); in secessione illa tibicinum Tiburtina, quam Ouidius VI 657 sqq. descripsit, multa ex Plutarchi quaest. Roman. (c. 55), qui ex eodem fonte sua hausit ex quo Ouidius, supplenda sunt. nihilo minus librariorum culpa has fabulas in talem formam redactas esse nemo cogitauit. uerum tamen, ut etiam nunc sunt qui, quae ipsius poetae neglegentiae recte tribuenda sunt, aut transpositionibus aut lacunarum signis remouere student, sic antiquitus uersibus quibusdam, quos ipsi finxissent, insertis Ouidi famae homines docti a se consulendum esse rati sunt. qua interpolatione ne ipse quidem codex archetypus uacauit, hi enim uersus, qui in omnibus libris mss. nunc exstant, probabiliter expuncti sunt: I 205 sq. (a me epist. crit. p. 14), V 273 sq. (a Bentleio), VI 39 (a me epist. cr. p. 15 sq.), 277 sq. (a Bentleio), 751 sq. (ab Heinsio et Schradero), 805 sq. (a Brouckhusio et Schradero). multo autem audacius uersata est interpolatio in eis qui inde exscripti sunt codicibus, ut in eis uersibus qui in parte tantum eorum exhibeantur, nisi certa causa cur interciderint, subest, in uerba Ouidiana recipiendis summa cautione opus sit. illos enim interpolatores arte quadam uersus pangendi iudicioque instructos fuisse atque hic illic haud infeliciter Ouidium imitatos esse, haec exempla docent uersuum, qui in tristium et in epistularum ex Ponto libris quibusdam leguntur, Ouidi autem aetate multo inferiores sunt:

Fluctibus immensi credar abire maris

(pro pentametro huius distichi tr. II 185:

Mitius exilium si das propiusque roganti,
pars erit e poena magna leuata mea),

Ibycus incestos mouit praeceptor amores,
Alceus ipse tamen mansit in urbe sua

(quod distichon post tr. II 364 in quibusdam libris idque corrupte scriptum est, fictum secundum Cicer. Tuscul. IV 33, 71, uid. Merkel ad h. l. in ed. mai.),

aptior, ingenium come, Tibullus erat

(pro pentametro huius distichi tr. V 1, 17 sq.:

aptior huic Gallus blandique Propertius oris
et plures, quorum nomina magna uigent),

utque solet nimium si fontis riuus abundet
diducam studio ne sata laeta grauet

(post epist. I 8, 60 in cod. Moreti, cf. Korn in praef. epist. p. XXIV),

audaces animos contuderit populi (in cod. Bauarico)
vel *se nimis ulciscens exstitit ipse nocens*

(ceteri codd. praeter Hamburgensem post epist. I 8, 19:

nec prius abscessit, merita quam caede nocentum,

cuius hexametri pentameter omnino intercidit et deest in Hamburgensi),

qui rapitur fatis, quid praeter fata requirat?
saepe creat molles aspera spina rosas

(post epist. II 2, 32 plerique libri praeter Hamburg., cui disticho cod. Lips. et Erfurt. etiam hoc addunt:

qui rapitur spumante salo, sua brachia tendens
porrigit at spinas duraque saxa manus.

cf. Korn in mus. Rhen. n. XXII p. 207 sqq.).

Multa alia eiusdem interpolationis exempla in metamorphosibus habes, ex quibus unum proposuisse nunc satis habeo. nam loco uersuum VIII 597—599 in libris praeter Marcianum et Laurentianum hi scripti exstant:

('o proxima mundi
regna uagae', dixi, 'sortite Tridentifer undae)
in quo desinimus, quo sacri currimus amnes,
huc ades atque audi placidus, Neptune, precantem.
huic ego, quam porto, nocui. si mitis et aequus,
si pater Hippodamas aut si minus impius esset,
debuit illius misereri. ignoscere nobis,
adfer opem mersaeque, precor, feritate paterna
da, Neptune locum. uel sit locus ipsa, licebit:
hunc quoque complectar!' Mouit caput aequoreus rex,
concussitque suis omnes assensibus undas.
extimuit nymphe: nabat tamen. ipse natantis
pectora tangebam trepido salientia motu.
dumque ea contrecto, totum durescere sensi
corpus et inducta condi praecordia terra.
dum loquor et q. s.

Ex fastis autem hi uersus seclusi sunt, qui in quibusdam codicibus exhibentur: II 203 sq. (uid. supra p. 14), VI 271—276 (p. 11), VI 739 sq. (p. 11).

Multo autem latior corruptio per codices uel optimos singulas quasdam uoces infecit, cuius uaria genera sunt, primum id, quo ex locis similibus uel Ouidi uel aliorum scriptorum adspersis uoces quaedam intrusae genuinam scripturam expulerunt. quamquam etiam hoc loco non librari alicuius sed ipsius poetae manum possis agnoscere, quoniam Ouidium sententiis uel uerbis desumptis et suos libros et alienos casu consilioue haud raro expilasse constat. at uero idem de eadem re eadem uerba spernere solet, tum similis deprauatio etiam in aliorum poetarum libris haud raro deprehenditur, uelut multa exempla ex Vergili codicibus enumerauit O. Ribbeck in prolegg. Vergil., maxime ex Palatino saeculi IV uel V (p. 312 sq. cf. p. 364 sq.). itaque ad eandem originem etiam hae corruptelae fastorum referendae sunt: I 97 *obstupui* in quibusdam libris pro *extimui* ex Verg. Aen. I 774 (uid. p. 12), I 186 **condita mella* pro *candida* ex fast. V 518 (p. 13), I 207 *iura dabat populis posito modo consul aratro* in U B C ς pro *praetor* ex III 781 *et caperet fasces a curuo consul aratro,* I 454 *Inachi uacca* in U M ς pro *Inachi lauta* ex a. a. III 393 (p. 12), I 562 **ultor ad antra uenit* in U B C T Z ς pro *uictor* (A D V L H ς) ex Verg.

Aen. VIII 201, I 683 *Cerialia dona* in U²ς pro *rura* ex fast. VI 391 uel metam. XI 122, II 782 *audentes forsque Venusque iuuat* in ς ex a. a. I 608 pro *forsque deusque iuuat* (uid. p. 8), III 265 *Hippolytus loris direptus equorum* in A ς pro *furiis equorum* ex f. VI 743 sq. uel metam. XV 524 sq. (uid. p. 8, an etiam *distractus*, quod est in B C Z M ς, ex Verg. Aen. VII 765 *turbatis distractus equis?*), IV 47 *cumque patris regnum post hunc Tiberinus ab illo* in A ς pro *Tiberinus haberet* ex metam. XIV 614 *regnum Tiberinus ab illis cepit* (uid. p. 9), IV 666 *det sacris animas una necata duas* in ς pro *una iuuenca* (in A U D ς) ex f. I 380 *de boue, mille animas una necata dedit*, V 436 *nigras accipit *ore fabas* ς pro *ante fabas* (in U D B C ς) ex f. II 576 *septem nigras uersat in ore fabas*, V 630 *tristia Leucadio sacra peracta deo* (in D B V L ς) pro *peracta modo* (U Z M ς Lactant. diu. inst. I 21) ex trist. V 2, 76 *freta Leucadii mittar in alta dei*, V 649 *uictor abit secumque boues Erytheidas ultor abstrahit* in U 2 ς pro *Erytheida praedam* ex f. I 562 uel ex ipso Vergilio Aen. VIII 201.

Alterum genus huius deprauationis est, quo glossemata uel glossematum fragmenta in genuina uerba inrepserunt eorumque quaedam expulerunt, cuius, quoniam etiam apud alios scriptores frequentissimum est (de Vergili codice Romano saec. IV, qui praeter ceteros hoc modo corruptus est, cf. Ribbeck prolegg. p. 281 sqq.), ex plurimis pauca exempla libet ponere: I 5 *dedignatus* T pro *auersatus*, I 25 *auxiliante* U pro *auspice te*, I 461 *Tithono nupta relicto* U ς pro *Aurora relicto* (uid. p. 7), I 512 *et nemorum siluae naiadumque chori* A U D B C ς pro *nemorum nymphae* (T H ς), II 67 *lucus celebratur asyli* U D Z M ς pro *Helerni* (uid. p. 13), II 487 *in sidera caeli* U D B C V ς pro *in caerula caeli* (A Z M, uid. p. 6), II 644 *binaque dona ferunt* A ς pro *liba* (U D B C ς), IV 21 *hic ad te magna descendit origine mensis* D H ς pro *imagine mensis* (ω). Denique quae in exarando natura ferre solet, etiam in fastis acciderunt, ut uoces quaedam falsis locis iterarentur, maxime in fine uersuum (qui error II 568, ubi u. *dies* ex u. 570 falso pro *pedes* in optimis libris posita est, uiros doctos multum uexauit, uid. p. 10), uel ut uerborum ordo inuerteretur uel ut similia uerba similibus exturbarentur. quamquam hac in re leuitati proxima est fraus, qua quis suis inuentis intrusis poetam emendare sibi uidebatur. nam quis discernere poterit, ex utra causa repetendum sit, quod scriptum est I 74 in U B C *liuida lingua* pro *liuida turba* (uid. p. 12)? I 283 *oculos diuersa tuentes* in D ς pro *uidentes* (ω)? quae conmutatio etiam in metam. loco notissimo (I 85) facta est, ubi Riese nunc ex Bernensi, Marciano, Laurentiano *caelumque uidere iussit* recepit spreta uolgata scriptura per se elegantiore *tueri*.

Atque haec quidem deprauatio magis casui danda est; multo uehementius autem poetae manum obscurauit criticorum opera. quae suspicio uel inde excitatur, quod, cum aetas codicum nostrorum non ultra saeculum decimum ascendat, tamen perraro ulcera aperta aut monstra uerborum inueniuntur, ut, si fastos, quales solo librorum mss. auxilio restitui possunt, celeriter percurras, paucis locis haesites omniaque se recte habere uideantur. sed etiam clariora illius operae uestigia iam in codicibus antiquioribus adparent, uelut in A duobus locis in ipso tenore orationis duae scripturae a prima manu coniunctae exstant: I 547 *excussus somno Tirynthius auctor uel heros* et II 632 *illa praecipue mitis adesse iubet uel dic*, etiam in D V 64 *nomen et aetatis mite senatus erat uel habet* et VI 218 *inque Quirinali constituere loco uel iugo.*[1])

Praeterea ad idem studium criticum ducit, quod, si quos locos uel difficultas intellegendi

[1]) Idem etiam in aliis codicibus factum est, uelut saepissime in codice Moreti epistularum ex Ponto (uid. Korn praef. p. XXIV sq.) et in fragmento earundem Louaniensi (uid. Korn l. s. p. XXVIII); etiam in Vergili libris, uid. Ribbeck proll. p. 314.

uel libido mutandi uel alia causa temptauerat, in eosdem magna uarietatum copia effusa est; uelut IV 309 recte exhibent D Z ς: *Cultus et ornatis uarie prodisse capillis obfuit* (sc. Claudiae), tum uero forma *ornatis* ex uicinitate u. *cultus* in *ornatus* deprauata longiusque grassante interpolatione hae discrepantiae natae sunt: *ornatus uarie pr. capillos* A B ς, *ornatus u. posuisse capillos* U ς, *ornatos u. fudisse capillos* ς, *ornatos u. posuisse capillos* 1 ς; I 109 cum in syllaba producta *flamma petit altum* (sic recte A U[1]) quidam offendissent, alii scripsere *altum flamma petit* (D B C ς), alii *flamma petit caelum* (T H V L[1]). unus ς *flamma petit culmen*, duo ς *flamma petit celsum;* III 19 *quies furtim uictis obrepsit ocellis* A D recte, *subrepsit* B ς. *subrepit* in C uar. script., *oppressit* V 1 ς; *uictos obrepsit ocellos* 2 ς. *oppressit* C H; *iunctos oppressit ocellos* 1 ς; *uictos subrepsit ocellos* 1 ς. *suppressit* 5 ς: *blandis subrepsit ocellis* M 3 ς. *captis subrepsit ocellis* 1 ς. Deinde cf. I 264 *et fora* U ς, *per fora* A D H V L ς, *ad fora* B C (uid. p. 10) I 296 (p. 14), 315 (p. 6), II 191 *rogat* U D B C M ς, *petit* L T ς. *adiit* ς (verbum deest in A), 418 *fingit* A ς. *lingit* U B L T ς, *tingit* H, *lambit* 3 ς, 490 *caeli pondera mouit Atlas* A U D ς. **nouit* pauci ς, *sensit* ς. 501 *saepes tremuere* A U D T ς. *nubes crepuere* C, *saepes creuere* B[1] Z M 1 ς. *saepes sonuere* B[2] ς; III 36 *corque timore micat* A V ς, *salit* D, *pauet* U B C M ς, *tremit* 2 ς. 262 *ad tua facta ueni* A T ς, *fata* C[1] M, *festa* ς, *sacra* D ς; 537 *ducunt posito duras cratere choreas* A U[1] B, *laetas* D V L ς, *longas* H T ς. **iunctas* U[2] ς, 813 *super strata celebrantur harena* U D B[1] C Z M ς. **rasa* A H V L ς. *fusa* T ς. *sparsa* ς; IV 695 *uillam* A U L[1] ς. *telam* D ς. *pratum* B V L H ς. *prata* T, 724 *prosequor officio si tua festa pio* ς. *facta meo* D V L ς, *sacra meo* A U ς; V 650 *comites longius ire negant* D B ς, *iubet* ς. *lubet* U, *uetat* V; VI 66 *in uultu signa doloris erant* C T ς, **uigoris* U D V L[1] ς. *dolentis* ς. *decoris* B L[2]. *pudoris* 1 ς. *ruboris* 2 ς. 638 *quam caro praestitit illa uiro* B V L, *sacro* D 1 ς. *primo* U 1 ς.

Cum autem codices in tot tantasque uarietates discederent, tamen in eis, qui alicuius preti esse uiderentur, in certas familias distribuendis frustra operam consumpsi. neque enim illa criticorum uel interpolatorum opera intra certum quoddam temporis spatium se continuit sed per omnes aetates omnesque paene codices, et uetustiores et recentiores, illud factum esse uidemus, ut aliis libris conparatis discrepantiae aut seruata priore scriptura, plerumque addito signo *uel*, adnotarentur aut in locum illius reciperentur. itaque haud raro fragmenta diuersarum scripturarum contaminata sunt. ueluti I 537 ex diuersis scripturis

Talibus ut dictis nostros descendit in annos (A D T ς)

et *Talibus auspiciis nostros descendit ad agros* (U C Z M ς)

haec conglutinata est in B:

Talibus auspiciis nostros descendit ad annos,

in L[1]: *Talibus ut dictis nostros descendit in agros.*

II 472 uera scriptura est, si Gronouium audis:

pro quo nunc (cernis!) sidera munus habent,

uel, si Heinsium:

*pro quo nunc *cerni sidera munus habent*,

neutra tamen in codicibus inuenitur, sed omissis interpolationibus aut

cernis sidera nomen habent (A U D ς)

aut *dignum sidera munus habent* (B C M ς).

III 321 hae duae recensiones exstant:

Iuppiter huc ueniet, ualida perductus ab arte (A T ς)

et *Iuppiter huc ueniet, summa perductus ab arce* (D ς),

tertiaque ex his conposita haec:

ualida deductus ab arce (B C ς).

denique cf. I 26 (s. p. 8), I 245 (p. 8), II 286 (uid. *Anh.* p. 15), III 844 (supr. p. 9), VI 768 (s. p. 10).

Ex his autem, quae adhuc disputauimus, facile adparet multis locis, quibus utraque scriptura habet quo commendetur, difficillimum esse, utra ipsius poetae manum retinuerit, dispicere, praesertim cum ne eorum quidem codicum, quibus maxime confidimus, i. e. A U D, auctoritas per omnes partes idem ualeat, quoniam quaedam magis, aliae minus interpolatione deformatae sunt (cf. supr. p. 9. 10[1]). sed pauca exempla talis dubitationis proponam, quae, ne longus essem, omnia ex altero libro sumpsi:

42 (Aegeus) *credulus inmerita Phasida* *fouit* (A D V ς) / *iuuit* (U C ς) *ope.*

57 *nunc, ubi sunt illis* *quae sunt* (A B C ς) / *quaeris* (D T Z M ς) *sacrata kalendis templa deae?*

87 *saepe canes leporesque umbra* *iacuere* (A U D ς) / *cubuere* (B Z M) *sub una.*

230 *quidue quod in misero tempore restet* *adest?* (A U¹ D B C ς) / *habent?* (U² Z ς)

329 *causa, repertori uitis* **quia* (A U ς) / *pia* (D T C Z M ς) *sacra parabant.*

370 *iuuencos, Romule, praedones,* *et Reme,* (A U D ς) / *eripe,* (B C M ς probante Heinsio) *dixit, agunt.*

425 *nupta, quid expectas?* *non tu* (A U ς) / *quae nec* (D ς) *pollentibus herbis*

nec prece nec magico carmine mater eris.

577 *quod* (caput) *acu* *traiecit* (A V ς) / *transfixit* (U D B C ς) *ahena.*

585 *Iuppiter* **inmodico* (A D ς) **uictus* (A ς) / *indomito* (U B C M ς) *captus* (U D B C ς) *amore.*

607 *Iuppiter intumuit quaque est non usa modeste*

eripit huic (A U V ς) / *eripuit* (D B C Z M ς) *linguam Mercuriumque* *uocat* (A D ς). / *monet* (U Z M ς).

Hic igitur status uel potius haec perturbatio fastorum est, ut in libris mss. diuersas habeamus recensiones ita contaminatas, ut de alterutra uia ac ratione expedienda et restituenda desperandum sit. quaeritur, unde illud factum esse uideatur. ac possis quidem illius differentiae saltem partem ab ipsius poetae chirographo repetendam esse arbitrari, a quo fastos inperfectos esse relictos constat (uid. edit. meae proem. p. 11). quae explicatio nunc non est noua. similis enim ratio inter duas familias, in quas Senecae tragoediarum codices distributi sunt, intercedit, quarum familiarum prioris princeps est codex Etruscus saec. XI, alterius eiusque deterioris Ambrosianus saec. V uel VI. nam hic tales discrepantiae inueniuntur, quibus R. Peiper et G. Richter adducti sunt, ut ex ipsius Senecae pugillaribus utramque recensionem originem traxisse sibi persuaderent:

---

[1]) Idem in metamorphoseon libro optimo, Marciano, animaduertit Merkel praef. ed. Teubn. uol. II p. V.

	Etrusc.	Ambros.
Phaedr. 831:	*deformis senii monstret imaginem.*	*deformis senii limina transeat.*
Phaedr. 348:	*Venere instinctus suscipit audax grege pro toto bella iuuencus.*	*V. instincti quam magna gerunt g. p. t. b. iuuenci.*
Herc. fur. 36:	*patrem probaui, gloriae feci locum. qua sol reducens quaque reponens diem.*	*patrem probauit. inde qua lucem premit aperitque Thetis qua ferens Titan diem.*
627:	*teneone in auras editum an uana fruor deceptus umbra?*	*uerumne cerno corpus an fallor tua deceptus umbra?*
675:	*nocte sic mixta solet.*	*tale non dubie solet.* [1]

Idemque in metamorphoseon, quibus item ultima manus inposita non est (tr. I 7), condicione critica explananda nuper Alex. Riese adripuit. nam etiam hic res ita se habet, ut libri mss. in duo diuersa genera discedant, in priore autem cod. Marcianus saec. XI et Laurentianus saec. XI ponantur, in altero praeter libros recentiores fragmentum antiquissimum Bernense saec. VIII (ex tribus primis libris 289 uersus continens), cuius plenam notitiam primus aperuit Riese. cum uero multis locis codex Bernensis deteriorem scripturam praeberet, aliis praestantiorem quam Marc. et Laur. (I 15. 69. 190. III 39, maxime I 114, ubi recte seruauit *subiit argentea proles*, Marc. interpolatus est *subiitque*), quibusdam utraque Ouidio pariter esse digna ei uisa est (ueluti I 70 *et quae pressa diu massa latuere sub illa* Marc. Laur., *et quae pressa diu fuerant caligine caeca* Bern., XIV 552 *quodque sinus* M, *latus* ς) et ab ipso poeta profecta, qui, ut ait (uol. II p. VIII), 'nondum diiudicato, quas tandem praelaturus esset, omnes in autographo suo adscripsit quarumque pars in haec, pars in illa exemplaria migrauit.' Eo magis autem miror, quod Riese uariarum lectionum ab ipso Nasone profectarum in fastis nullum se inuenisse uestigium dicit (praef. p. VIII), utpote falsa illa de fastorum libris mss. opinione animo praeoccupatus. nam differentiae librorum mss. in fastis non minus graues sunt quam in metamorphosibus.

Quamquam ut ipse ad talem sententiam confugiam, multum abest. qui enim fieri potuisse censes, ut, cum duae diuersae codicum, qui etiam nunc exstarent, familiae ab ipsius scriptoris pugillaribus originem ducerent, tamen plerisque locis omnes libri eisdem interpolationibus, lacunis, corruptelis deformarentur? quaedam casui tribuenda esse concedo, tam late eum grassatum esse nego. immo plurimorum scriptorum codex archetypus ab ipso scriptore conpluribus saeculis distare uidetur. ueluti Taciti dialogi et Germaniae libri mss. ex codice Fuldensi saec. VIII uel IX originem trahunt, historiarum et annalium libr. XI—XVI ex cod. Mediceo altero saec. XI, Varronis de ling. lat. libri ex Mediceo saec. XI, Catulli ex libro Veronensi saec. X, tum conpertum habemus Apulei codices omnes referendos esse ad originem codicis Laurentiani saec. XI eumque ad recensionem Crispi Sallusti a. 395 uel 397 p. Chr. n. institutam, Iuli Paridis ad recensionem Rustici Helpidi Domnuli, Macrobi ad Macrobi Plotini (cos. 485), Prisciani ad Theodori (a. 526) [2], denique Terenti codex Bembinus solus expers est Calliopi recensionis, Liui codex rescriptus Veronensis librorum III—VI solus operae Nicomachianae saec. V.

Atqui iam antiquitate uerba scriptorum latinorum — fauebant autem formae litterarum Romanarum, quales tum usitatae erant — multis mendis maculata esse testantur Cicero (qui ad Quintum fr. III 5, 6 conqueritur *de Latinis quo me uertam, nescio: ita mendose et scribuntur et ueneunt)* Strabo,

[1]) Haec exempla ex Peiperi et Richteri edit. Senec. praef. p. V sumpta sunt.

[2]) O. Jahn '*über die Subscriptionen in den Handschriften röm. Classiker*' in *Berichte der K. S. Gesellsch. d. Wiss.* 1851 (III) p. 327—371.

Galenus, Gellius, ut Martialis, si qua in carminibus suis 'siue obscura nimis siue latina parum' esse uideantur, librariorum festinationi crimini ea uerti iubeat (II 8 [1]). itaque egregie de litteris Romanis meriti sunt C. Octauius Lampadio, Staberius, Valerius Probus aliique grammatici, qui Caesaris aetate primoque imperatorum saeculo in ueterum scriptorum exemplaribus emendandis, distinguendis, adnotandis studia sua conlocauerunt, tum Constantini aetate maximeque a fine quarti usque ad medium sextum saeculum ei homines eruditi, maximam partem nobilissimi, qui ut a christianismo hominum studia ad ueteres deos eorumque cultum auerterent, id egere, ut ueteribus scriptoribus emendatis difficultates legendi remouerent delectationemque augerent. qui cum in codicibus, quam operam adhibuissent, ipsi subscriptionibus profiteri soliti sint, hae autem cum ipsius scriptoris uerbis depictae sint, Plautum, Terentium, Vergilium, Horatium, Lucanum, Persium, Iuuenalem, Martialem, Caesarem, Liuium, Pomponium Melam, Plinium maiorem, Frontonem, Apuleium, Vegetium, Solinum, Macrobium, Boethium, Marcianum Capellam, Priscianum, Nonium talem operam expertos esse constat. qua autem fide et religione illi munere suo functi sint, raro dignosci potest — Nicaeum quidem, qui apud Seruium magistrum Iuuenalem emendauit, si Pithoeanum codicem eius cura liberum conparauerimus, aut maxime interpolato exemplari usum esse aut ipsum leuissime poetam tractasse inuenimus (Iahn praef. ad sat. Rom. p. 7 sq.), sed quorundam scriptorum codices omnes ex illa recensione fluxerunt, aliorum codices, qui subscriptione carerent, nescimus, num eidem emendationem illam non passi sint, neque enim illam subscriptionem semper adcurate transsumptam esse consentaneum est. sed utut est, pendebat illud et ex codicum condicione, qui usurparentur, et ex indole et natura eius qui recognosceret, ut, praesertim cum quidam ne antigrapho quidem usi proprio Marte emendandi operam susceperint, si in paucis scriptoribus recte iudicandi facultatem habemus, non continuo hoc iudicium ad ceteros transferre liceat. Nunc autem, si saeculo tertio et quarto patres anxie obtestari et obsecrare uidemus eos qui describant aut legant, 'ne addant aliquid scripturae, ne auferant, ne inserant, ne immutent, sed conferant cum exemplaribus unde scripserint, et emendent ad litteram et distinguant' [2]), si uetustissimus quisque codex mendosissimus est (Wattenbach l. s. p. 265), non mero casu factum esse intellegemus, ut haec potissimum exemplaria, quae recensita essent, requirerentur, cetera eaque uetustiora paullatim contemnerentur et abolescerent [3]). Itaque a me inpetrare non possum, ut praeter Vergilium paucosque alios libros eorum scriptorum, qui multum lecti sunt, codicem archetypum saeculo quarto aut tertio antiquiorem esse censeam diuersitatesque scripturarum repetendas ex ipsius scriptoris chirographo. quod si ei potissimum libri, qui ab ipsis scriptoribus non perfecti sint, ex interpolationibus multisque uarietatibus laborare uidentur, hi ipsi aliorum corrigendi et perpoliendi libidini maxime erant obnoxii, ut eis Lucani libris, qui ab ipso editi erant (I—III), pauca aliena inuenta inserta sunt, cum ceteri, quos inperfectos reliquerat, uiris doctis summas difficultates praebeant (W. Steinhart in Iahn. annal. 83 p. 863 sqq.). Verum igitur de Senecae tragoediis nuper uidisse F. Leonem in Hermetis uol. X p. 423 sqq. arbitror, quod dicit 'ante quartum saeculum data opera eas interpolauisse hominem uersus procudere non mediocriter edoctum, qui sana temere conmutaret, corruptelas manifestas oblitterando deprauaret, indagaret magisque corrumperet quasdam hodieque latentes', et ad similem interpo-

[1]) cf. Marquardt, *Röm. Privatalterth.* 2 p. 409 sq. Wattenbach [2], *Schriftwesen im Mittelalter* p. 264 sqq.

[2]) Haec uerba Rufini sunt in uers. Originis *περὶ ἀρχῶν*; etiam vehementior Graeca Irenai († 203) obtestatio est in libro *περὶ ὀγδοάδος*. uid. Wattenbach p. 268 sqq.

[3]) De multis casibus, quibus antiquitus ueterum scriptorum exemplaria subiecta erant, egit Hofman-Peerlkamp in praef. Horati sui p. X sqq.

lationem magnam scripturarum uarietatem refero Ouidi et metamorphoseon et fastorum. quorum librorum condicio critica non ita multum a ceteris differt. nam quo magis in poetarum Latinorum historiam criticam penetraueris, eo certius in hac re critica exercenda te in lubrico uersari perspicies atque ne Tricliniorum quidem audacia tam temere tragicos Graecos tractatos esse quam multos poetas Latinos, quibus fortuna multo iniquius consuluit quam scriptoribus pedestribus. apud Vergilium quidem omnia deprauationis genera iam in codice Mediceo, in Palatino, in Romano saec. IV uel V habes, uersus interpolatos, uersus aut uerba transposita, uerba genuina uel similibus per casum uel glossematis uel fragmentis aliorum locorum, qui propter similitudinem aliquam erant adscripti, exturbata (Ribbeck prolegg. p. 212 sq. 364 sq.), diuersas scripturas contaminatas (p. 314 sq.). posteaquam enim, cum antiquitate librorum mss. confideretur, Vergili res critica diu iacuit, O. Ribbeck luculenter aperuit admodum incertam esse illorum codicum singulorum quamuis antiquorum auctoritatem, omnemque memoriam nostram 'redire ad unum archetypum currenti stilo parum nitide scriptum oppletumque nube coniecturarum, glossematum atque interpolationum', quem archetypum ab ipso poeta aliquot gradibus distare conmunione locorum in omnibus libris corruptorum demonstrari (p. 361).

Nunc autem cum ad fastorum fata persequenda accedimus, uehementer dolemus, quod nemo adhuc in studia, quae medio quod dicitur aeuo in poetis Latinis posita sunt, dedita opera inquisiuit. nam in Graefenhani quidem historia philol. class. talia frustra quaeres. quaedam inuenies apud Wattenbachium *(Gesch. des Schriftwesens)*, plura in Ribbecki prolegomenis Vergilianis, libro ad haec studia uberrimae frugis plenissimo, et per aliorum poetarum editionum prooemia dispersa, clara tamen et certa imago tum demum describi poterit, si quae eruditio et ueterum scriptorum scientia in eis qui his studiis tum uacarent fuerit, maxime Caroli Magni aetate, adcuratius edocti erimus.

Originem igitur ducere uidentur omnes, qui quidem nunc cogniti sint, libri mss. fastorum ex uno codice archetypo, quem a littera significabimus, quem aetate multo inferiorem quam ipsum poetam fuisse ex multis mendis, quae omnium communia sunt, elucet, sed eundem saeculo decimo antiquiorem ex codicis A, qui eius saeculi est, corruptelis quibusdam ita conparatis, ut inter ueram archetypi scripturam, quae in aliis libris integra seruata est, et corruptam codicis A conplures corruptionis gradus statuendi sint. uelut tres habemus I 461:

Proxima prospiciet Tithono A u r o r a relicto (sic archetypus et plerique libri),

uel nupta
Tithono Aurora relicto,
Tithono uel nupta relicto,
Tithono ut nuta relicto (sic A, cf. s. p. 7),

et II 782: *audentes f o r s q u e d e u s q u e iuuat* (sic archetypus et D ς),

Venusque (ex a. a. I. 608)
audentes forsque deusque iuuat
audentes forsque Venusque iuuat
audentes forsque mensque iuuat (sic A, uid. s. p. 8),

etiam quattuor III 415:

Sextus ubi O c e a n o cliuosum scandit Olympum
Phoebus et alatis a e t h e r a carpit equis (sic archetyp. et U D ς),
Sextus ubi O c e a n o cliuosum scandit Olympum
Phoebus et alatis aequora carpit equis,

Sextus ubi Oceano etc.

aethera

Phoebus et alatis aequora carpit equis,

Sextus ubi Oceano etc.

e terra

Phoebus et alatis aequora carpit equis,

Sextus ubi e terra cliuosum scandit Olympum

Phoebus et alatis aequora carpit equis (sic A, uid. s. p. 8).

Vt autem, qualis ille codex α fuisse uideatur, adumbremus, hoc cum probabilitate quadam statuetur, priusquam exararetur, fastos, cum uel temporum uel eorum, qui legerent scriberentue, iniuria miserum in modum deprauati essent, aliquot corruptelis sanatis, pluribus oblitteratis hominis alicuius docti cura ad nostram normam parum religiosa in eam formam redactos esse, ut commodius legi possent (uid. p. 22 [1]), unde si quis etiam hunc librum saeculo quarto uel quinto uel sexto 'emendatum' esse collegerit, etsi nulla subscriptionis uestigia eam operam testantur, me quidem non habebit dissentientem [2]). Tum uero codex α multis manibus esse tractatus uidetur. qua re cum quaedam uerba paulatim detererentur, praecipue finibus uersuum, uel ex euanidis litterarum notis pristina scriptura eruebatur uel alia de coniectura addebatur [3]). quaedam uarietates etiam per lusum ingeni adspersae esse uidentur, praeterea autem multi loci similes (uid. s. p. 21 sq.) multaque glossemata uel in margine uel inter lineas (uid. p. 22), quem morem iam fine alterius post Chr. n. saeculi usitatum fuisse ex Tertulliano (adu. Valent. c. 8, cf. Wattenbach l. s. p. 286 sq.) scimus [4]). Hic autem codex, quem similem fuisse iudico archetypo Vergiliano Ribbecki, saepe exscriptus est, idque haud raro ita ut non diligenter distingueretur, quid in contextu exstaret, quid inter lineas, sed ea transsumerentur, quae uel casus uel uoluntas uel facilitas legendi offerrent. ex tali libro ex cod. α deducto, quem β dico, qui omni genere uitiorum aucto codici α bonitate cederet, per alios diuersos libros, qui sua quisque fata habuerunt, fluxerunt codices A U D, quorum coniunctis praesidiis codicis β imago repraesentatur.

Sed praeter hunc cod. β etiam alius, quem γ nomino, ex cod. α descriptus est, qui et ipse neglegentiae audaciaeque mala expertus est et per exemplaria multo recentiora, quam archetypi β sunt, grauiusque interpolata nobis innotuit, ut eius notitia admodum obscura et incerta sit. Vt autem etiam magis status rei criticae perturbaretur, alia ex hoc librorum genere ad prius, alia huc illinc transferebantur [5]), quam ob rem plerique libri scripturas ex utroque genere consociatas

---

[1]) Similem in modum Horati codices alterius classis tractatos esse statuit Keller mus. Rhen. n. XIX p. 222 sq., edit. Hor. uol. II fasc. II p. XVI sqq.

[2]) Certe iam ante Caroli Magni aetatem, qua hoc emendandi studium ipsius imperatoris auctoritate resuscitatum et multum exercitatum est (Wattenbach l. s. p. 272 sqq.), illud factum esse ex tempore, quo archetypum exaratum esse ex uitiis cod. A definiuimus, colligitur.

[3]) Idem passae sunt epistulae ex Ponto, uid. Korn praef. p. XIII, archetypus tristium, u. Riese uol. III p. VIII adn., metamorphoses, u. Merkel ed. Teubn. uol. II p. 5 sq.

[4]) In metamorphosibus, quarum sors fastis similis fuit, fragmentum Bernense saec. VIII exeuntis iam multum interpolatum et deprauatum est, etiam epistularum ex Ponto fragmenta Guelferbytana saec. VI uel VII eadem corruptionis genera praebent quae Hamburgensis. Korn praef. p. IX sq.

[5]) Eius moris multa exempla habes etiam in libris Vergili, uid. Ribbeck proll. p. 314 sqq., 327, Senecae tragici, uid. Peiperi et Richteri praef. p. XVIII, Horati, uid. Keller mus. Rhen. n. XIX p. 225.

praebent neque de libris recentioribus diiudicare licet, ex utro genere originem duxerint, utrius scripturae postea inlatae[1]). Itaque stemma depingere non ausus sum.

Illud etiam nunc dico speroque me persuasisse ad uerba Ouidi fastorum recensenda non solum opus esse codicibus A U D — sic enim non ultra codicem β ascendemus — sed etiam aliis libris B C Z M T H V L, etsi recentiores sunt, ex quibus codicis γ effigies maximam partem restituatur. sic nobis continget, ut coniunctis auctoritatibus codicis β, qui est testis locupletior, et cod. γ ad archetypum α enitamur, quantum in tot tamque grauibus differentiis, quae inter β et γ intercesserant, cum tertius testis non adsit, hoc fieri potest. relinquuntur enim multae de cod. α dubitationes, quas discernere uirorum doctorum iudici indolisque Ouidianae scientiae est, restant etiam in certa cod. α imagine multae maculae Ouidi ingenio aliena neglegentia, inscitia, temeritate inspersae, quas indagare et auferre eorundem sagacitatis et sollertiae est.

[1]) Riese igitur primum, cum rationem suam in uniuersum explicaret, in cod. archetypo β restituendo se acquieturum esse in praefatione parum recte professus est, nam cum ipsum in singulis uerbis recensendis ad eos libros, quos antea spreuisset, saepe delatum esse uidisti, tum in eruendis codicis β scripturis ipse se spoliauit auxilio tertii testis D.

CONSPECTVS ARGVMENTATIONIS

Jahresbericht

über

die Fürsten- und Landesschule Meissen

vom Juli 1876 bis Juli 1877.

I. Lehrverfassung.

Uebersicht des von Ostern 1876 bis Ostern 1877 ertheilten Unterrichts.

A. In Sprachen und Wissenschaften.

Oberprima. Classenlehrer Rector und Professor Dr. Peter.

Lateinische Sprache, 9 St. Tacit. ann. IV. V. VI (zum Theil cursorisch) im Sommer, Cicer. de orat. II c. 42—fin. im Winter, 4 St. Emendation der Aufsätze, Pensa und Extemporalia 2 St. Disputationsübungen (im Anschluss an Liv. XXII) 1 St. Rector. Horaz (sat. I 1, 3, 4, 6, 7, 9. II 1, 6 im S., epist. I 1, 2, 6, 10, 16. II 1 u. ars poet. im W.) und metrische Arbeiten 2 St. Schnelle.

Griechische Sprache, 6 St. Thucyd. VII 1—70 im S., Plato Protagoras im W. 3 St., Correctur der Pensa und Extemporalia und Repetition ausgewählter Abschnitte der Syntax 1 St. Schnelle. Sophocl. Oedip. Col. im S., Aeschyl. Prometh. im W. 2 St. Rector.

Deutsche Sprache, 3 St. Geschichte d. deutschen Litteratur 1720—1750. Lessings Leben und Schriften im S., Göthe, sein Leben und einige seiner vorzüglichsten Dichtungen im W.; freie Vorträge und Disputationen, Correctur der schriftlichen Arbeiten. Höhne.

Französische Sprache, 2 St. Lectüre einer Rede des Grafen Montalembert; mündl. Uebersetzen aus Eisenmann's Uebersetzungsstücken; Emendation der freien Arbeiten u. Extemporalien. Köhler.

Hebräische Sprache, 2 St. Lectüre von Psalm 15, 29, 3, 13, 137, 46, Genesis c. 6—17, 1. Sam. 1, 2. Sam. 2 und die unpunctierten Lesestücke der Grammatik; Extemporalia, Repetition der Formenlehre, Syntax im Anschluss an die Lectüre. Köhler.